finalis non causat. nisi quia metaphorice mouet ipsum
efficiens ad agendū: probatur ista. nūbil est causa per

se alicuius: nisi vt ab ipso tanquā a priore essentialiter
dependet: entitas finiti non dependet essentialiter a fine
vt a priore: nisi pro quanto finis: vt amatus et desideratus
mouet efficiens ad agendum et causandū entitatē
finiti: intelligentia scda: et similiter celum quoad sub/
stantiam eorū non dependet modo dicto a deo. vt di/
cit ista responsio. q̄ v3. deus moueat vt amatus aliqd̄
efficiens ad agendum respectu substantie intelligētiarū:
et celi. ergo deus non est causa finalis ipsorum. ¶ Preterea.
per numerum motuum celestium con/
cludit Arist. duodecimo metaphysice. textu cōmē/
ti. 4.7. et 4.8. numerum intelligentiarum. Unde Lō/
mentator ibidē cōmento. 4.4. vt allegatū est. dicit. Si
aliquę intelligentie essent non mouentes: essent ocio/
se in natura: et ratio est: quā assignat Lōmentator nono
metaphy. cōmento. 7. dicens. Cum entia nō habuerit
operationes p̄prias: p̄prium intelligentie est mouere ce/
lum motu circulari. igitur et. ¶ Item Arist. tex. cō/
menti. 4.8. habet q̄ omnem naturam: et oēm substan/
tiam impassibilem: et s̄m se optimum esse finem sorti/
tam oportet existimare: nulla erit preter has altera nā
sed hunc substantiarū numerū esse necesse est. ista ra/
tio reducit ad formā sic. omne substantiā impassibile
optimū sortitam esse finem oportet existimare. nulla
est altera substantia impassibilis preter has que sunt
cause actiue lationū: ergo iste mouent effectiue: et tūc
vltima: si optimus finis sube separate est in causando la/
tionē alicuius corporis celestis: et non potest aliqua ta/
lis substantia carere fine suo. ergo non potest non mo/
uere. ¶ Et quia aliqui derident istam rationem nō in/
telligentes eam: quibus accidit vt sint derisores Arist.
qui eam facit: ideo ad declarationem eius est aduer/
tendum q̄ finis substantie est duplex: quidam est in/
trinsecus: quidaz extrinsecus: intrinsecus est finis per/
ficiens substantiam: et talis respectu intelligētie est in/
tellectio beatifica: qua formaliter perficitur: et obiectū
beatificum: quo perficitur obiectiue seu terminatiue: et
sic voluit Arist. speculationem prime veritatis esse fi/
nem intelligentiarum decimo ethycozum. finis scdo
modo dictus est vltimum consequens ipsam rem ex/
perfectione rei: non perficiens ipsam rem. et isto modo
diceret philosophus: q̄ non solum substantie separate
sunt perfecte in se: sed ex plenitudine perfectionis ea/
rum: necesse est q̄ communicent suam perfectionem
alijs eo modo: quo possunt. sed iste finis secundus ha/
beri nō potest sine motione alicuius corporis celestis
ergo mouet tale corpus: et hec ratio potest applicari ad
deū sic. substantia perfectissima non caret aliquo: qd̄
competit substantie ex perfectione substantie: siue illa
sit perfectio eius intrinseca: siue communicatio perfe/
ctionis eius extra naturam ipsius. substantie autēz per/
fecte competit q̄ non tantū in se perficiatur: sed perfe/
ctionem suam cōmunicet alijs producendo eius esse.
ergo istud maxime competit substantiis impassibili/
bus. sed non potest aliquam substantiam producere:
nisi mouendo celum: quia vt premisum est ab Auerrō/
y. et ab Arist. contra Platonem ponentem ydeas
substantias separatas. si aliquę substantie essent tales:
et non mouerent essent ociose. quare et cete. ¶ Prete/
rea habet Arist. secundo metaphysice textu cōmē/
ti quarti. q̄ ideo deus est maxime ens: et verum ens:
quia est causa vniuersa entitatis: et veritatis in alijs:
sed quod est causa alicuius in esse reducens ipsum ad

De efficientia

esse est causa efficiens. deus est huiusmodi respectu cuiuscunque entis. ergo et assumptum probat pro maiori. iter omnes causas causa prima realis: a qua omnes alie dependent: est efficiens. nam cause intrinsece si causant: hoc est: quod moventur ab efficiente. Et quantum finis sit simpliciter prima causarum: sua tamen causalitas est intentionalis non realis: ut dictum est in questione de fine in quinto metaphysice. unde agens naturale cum sit determinatum ad agere ex necessitate nature: si ponatur passus: et alia que requirunt ad agere per eandem vim actum quam habet: quicquid esset de fine: non minus ageret: et effectus haberet esse reale per solam causalitatem agentis: quod non esset sine efficiente: positis aliis causis. ergo quod reducit: vel causat effectum in esse realiter et per se est efficiens. deus est huiusmodi: ut dicit Aristoteles. et Commentator ubi supra: quod pro tanto est maxime verus: et ens: quia est causa veritatis et entitatis in aliis. igitur et. Et confirmatur: tunc quia Aristoteles exemplificat de igne qui est causa caloris: et certum est quod ignis: qui est causa caloris efficiens non causat calorem in alio genere cause quam in genere cause efficientis. Tunc quia dicit Commentator in quarto commento. Manifestum est: quod hec est causa prima omnium entium: ut declaratum est in naturalibus. ista igitur causa est magis digna in esse et in veritate quam omnia alia entia: omnia enim entia non acquirunt esse et veritatem: nisi ab ista causa. et ultimo concludit. est igitur ens per se: et verus per se: et omnia sunt entia et vera per esse: et veritatem eius: et pondero hoc quod dicit: quod omnia alia acquirunt esse a causa prima: quod illud quod prius et realiter dat esse est efficiens. ut dictum est. Sed ad istam rationem forte dicitur: quod probatio maioris: cui inest ratio principalis non est vera. scilicet quod agens naturale: non posito fine: ageret causando effectum: quia determinatur ad agere ex appetitu finis. sed quod sit deus saltim finis non potest effectum in esse reale: siue efficiente. et illud per quod propinque et immediate res habet esse reale est efficiens: et tunc stat ratio: quod si omnia habent esse: et verum esse reale a deo: deus est causa efficiens: quia ex causalitate finis sola nulla res habet verum esse: sed solum esse secundum quid. videlicet intentionale. Ad principale. si deus tamen est causa finalis omnium: ut dicitur: hoc est quia terminat dependentiam cuiuscunque: et omnia ordinant ad ipsum in ratione finis. Tunc quero quid est istud terminare dependentiam in ratione finis: dicitur quod non est nisi per exigentiam entitatis diuine: quia vnumquodque ad suum esse requirit necessario esse diuinum: sed hoc non potest esse secundum mentem philosophi: quia non solum de entitate diuina: verum etiam de entitate cuiuscunque spiritus philosophus habuit per impossibile vniuersum posse eam causare. igitur si deus est causa finalis: quia eius esse requiritur ad esse aliorum species humana etiam posset dici causa finalis aliarum specierum: quia entitas humana requirit ad esse aliarum specierum: et non esset differentia nisi in hoc: quod deus esset maior ens quam spiritus humana. Confirmatur: quia secundum philosophum deus non tantum est finis omnium: quia sic terminet dependentiam omnium finitum: et moueat ut terminans dependentiam entitatis intelligentie sibi proxime: imo ut mouens ad actum amandi: quia mouet ut amatum: et desideratum: ut dictum est supra. igitur est causa amoris intelligentie: et subie eius: quod actus intellectus et voluntatis ponunt secundum ipsum Aristoteles. idem substantie intelligentie: et tale quod sic mouet causat effectiue: ut dictum est supra. Penultimo arguitur. eo modo quo scientia nostra causatur a rebus: scientia diuina est causa rebus.

Questio

sed nostra scientia causatur a rebus effectiue: ut de se patet. igitur et maior est Commentatoris. scilicet metaphysice. commento. si dicentis ut supra allegatum est: quod scientia dicitur equiuoce de scientia diuina: et de scientia nostra: quantum ad hoc quod hec est causa rebus. scilicet diuina: illa autem scilicet nostra causatur a rebus: hec autem causalitas utrobique non potest esse nisi effectiua: ut patet. Et confirmatur. sicut se habent artificialia ad scientiam nostram: sic se habent naturalia ad scientiam diuinam. sed artificialia sic se habent ad scientiam nostram quod causant effectiue ab ipsa. igitur naturalia causabunt effectiue a scientia diuina. Ultimo ad hanc partem adducitur sententia Commentatoris. scilicet metaphysice. soluendo questionem Joannis grammatici primi. 4. i. que questio erat quomodo a potentia infinita potest esse motus eternus: et questio mouet sub hac forma. si celum mouetur a potentia: cuius actio est infinita: necesse est ut moueat in non tempore. Et respondet non quidem negando actionem: quia sit motus esse a potentia infinita. imo bene tenet pro constanti: sed dicit motum eternum habere duplicem motorem: vnum potentie infinite: alterum finite: quo mediante mouet motor infinitus: et uterque concurret actiue ad motum: sed ordine quodam essentiali: ex quo concluditur propositum sic. quando duo principia eentia litaliter ordinata concurrunt ad aliquem vnum effectum causandum: aut posterius accipit esse a priori: aut recipit aliquem influxum: aut ambo immediate attingunt eundem effectum. Exemplum primi. celum et ignis causant aliquem effectum in istis inferioribus: et ignis recipit esse a celo. Exemplum secundi. manus et baculus mouent pilam: et baculus accipit influxum a virtute motiua exstante in manu. Exemplum terti. pater et mater concurrunt in generatione proles: posito quod mater concurrat actiue: ambe cause immediate attingunt generationem proles: et neutra recipit virtutem suam ab alia sub ista maiore sic probata accipio istam minorem. motor infinitus et finitus concurrunt ad motum ordine quodam essentiali secundum Commentatorum. aut ergo secundum accipit esse a primo: et si sic: habet propositum: aut accipit aliquem influxum: et cum nihil recipiatur in intelligentia quod non sit idem substantie sue: adhuc habetur intentum. si detur tertium hoc non potest esse quod ambo immediate causent motum quia cum motor infinitus causet motum ex necessitate nature: agit talem motum quantum potest et secundum vltimum virtutis sue. igitur causabit motum in instanti. Sed ad hoc respondet secundum Thome. 8. physice. quod primum mouens mouet per intellectum et voluntatem: ideo mouet per exigentiam materie subiecte: sicut edificator agens per intellectum et voluntatem non semper facit domum perfectissimam: quam potest facere: sed limitat actionem suam secundum exigentiam materie et finis: sic facit deus quantumvis possit agere in instanti: quod tamen corpus celeste non est natum accipere motum in instanti. ideo non sic mouet. Contra istam responsionem instatur: quia si deus causat motum in celo: hoc facit ex intellectione et amore sui principia liter: quia est illud: quod diligitur propter se in unitate electorum: et desideratur: ut dicit Commentator com. 3. 7. 12. metaphysice. sed deus intelligit: et diligit se quantum potest: et secundum vltimum virtutis sue. Ad istam autem intellectionem naturalem: et amorem sui infinitum necio sequitur actio: que est motus in celo. igitur ista actio proportionabitur intellectioni et volitioni diuine. ista autem sunt infinita. igitur actio motus erit infinita: et sic habet propositum: quod autem deus diligit se dilectione infinita probatur: quod aliter non esset in optima dispositione: sicut potest esse: quod est contra Aristoteles.

Aristo. iz. metha. textu cōmen. 39. quia non diligeret se quantum est diligibilis. nam essentia eius est infinita per te. ergo est diligibilis infinite: ac etiam intelligibilis. ¶ Per eterea falsum est: qd si deus possit agere in infinitu: qd celum non possit recipere actionē infinitā: et instantaneam: tum quia passum est in pura potētia: et obedientia ad actionē agentis. nam passum nō limitat actionem agentis: sed potius agens passum determinat: et limitat ad actum: quia predominat passio: presertim si habeat proportionem infinitam: sicut esset in proposito: tum quia omni actu et potentie actiue correspondet potentia passiva. cum ordo potētie actiue sit ad potētiā passivā. sicut ad propriū correlatiū: cū definitur per ipsam: et non sicut accidens per subiectū neq; sicut per superius: sed sicut vniū correlatiū definitur per reliquū. ¶ Confirmat. nā nisi potentie actiue corresponderet passiva equalis ambitus cum ipsa: frustra esset illa potētia actiua in nā: qz ordinaret ad actū quē non posset attingere: si igit deus habet potētiā infinitam motuam: sequit qd est dare potētiā passivā celi qd potest recipere actionem infinitā sūm Arist. et Aver. nec exemplum de edificatore creato est ad positum: quia talis edificator mere libere: et contingenter agit: et non ex necessitate nāe: et agit ex intellectione et volitione simplr variabil: et ex parte agētis: et ex parte passi. Et postremo non habet proportionē infinitā et inuincibilem supra passum: quoz opposita sunt in deo. quare etc. ¶ Multas alias auctoritates Ari. et Lōmentatoris et rōnes ad hanc conclusionē possez adducere: quas causa breuitatis ommitto: sufficit aliquatū delibasse intentionē pbi et Lōmentatoris ex locis principalioribus in metaphysica. ¶ Sed cōtra istam conclusionem principalem: que attribuit Arist. et Lōmē. arguit: quia Lōmenta. iz. metaphy. cōmento. 4.4. ut prius allegatum est ad probationē cōclusionis versus finem cōmenti dicit contra Auiē. qd mos qui iam est inter modernos in dicendo: qd a tali motore provenit talis motor: aut consequit: aut precedit: aut talia verba non vere intelligunt de istis principijs abstractis: omnia enī ista sunt dispositiones agentū superficiei: tenus non vere: ab agente enim nihil provenit ut diximus: nisi extrahere illud: quod est in potentia ad actū. Ex qua snia vult: qd in istis abstractis nō est vera actio consecutio: aut precessio: que consequunt verus agēs. ¶ Cōfirmat: qz tertio meta. tex. cōmē. tertij dicit: in im mobilibus non est agens neq; finis. substantie separate sunt immobiles. ergo etc. ¶ Item Arist. scdo celi tex. cōmenti. 62. inquit. Uidef autem optime quidem habenti existere: quod bene sine actione. sed primū principius est optime habens. igitur est existens sine actione. ¶ Item eodem scdo tex. cōmenti. 64. inquit pbs. Qd autem est ut optime habens: nihil indiget actioe: et ex hoc arguit ut prius. ¶ Ad hoc respondet premitendo qd Lōmentator tria negavit ab intelligentijs: et similr a corporibus celestibus: et necessarijs: quoz primus est: qd intelligentie et corpora celestia educerent: seu extraherent de aliqua potētia: et hoc per transmutationem: quia cum sint imateriales non possunt educi de potētia alicuius obiecti. Et hoc apparet per totū cōmentum. 4.1. et 4.4. iz. metaphy. contra Auiē. Unde concludit: qd ab agente nihil provenit nisi extrahendo aliquid de potētia ad actus: positio aut Auiē. ut habet videri in metaphysica sua lib. scdo caplo tertio. Sempiterna et necessaria qd habet causas ex se sūt

possibilia esse: et necessitates hnt a sua cā. ¶ Scdm qd negat Lōmentator est: qd in intelligentijs et corporibus celestibus non esse precedat esse: et potentia actum: ut declaravimus in formalitatibus: et in tractatu de itellectu: et hoc sū ordinem nature positum: hoc aut tenebat Aui. ut patz in metaphysica sua loco pallegato. nā ut dicit Lōmentator cōmēto. 4.4. iz. meta. non eē in istis nullo modo precedit esse: et potentia actum. imo asserit qd si aliqua potētia ponitur in stellis: est ibi mō non potētiā. ¶ Unde cōcludit Lōmentator quasi in fine cōmenti dicens. Quapropter necesse est: ut potentia mouens: que est in stellis: sit infinita: qm stelle acquirunt hac potētia supple motum non modo potētiā. ¶ Tertium: qd negat Lōmentator: sequitur ex scdo: et est qd nec intelligentia: nec celum potest esse possibile ex se et necessarium ab alio: quia tunc potentia in eis precederet actus. sed qd per modū simplicis emanationis nō emanarent: seu producerent ad esse non ex aliquo non esse: aut ex aliquo potētiā nūq; fuit intentio Arist. aut Averrois: et hoc apparet ex cōmento. 4.4. sepe allegato: in. iz. metaphy. vbi cōvenit cum Auiēna in hoc: qd in intelligentijs est causa et causatus: quemadmodū intellectus est causa intelligentis: sed discordat in alio. scz qd vna intelligentia tū sit ab vna: et negat in eis provenitum: consecutionem: et actionem: que omnia pretendunt vel transmutationes: vel saltem potētiā precedentem actum: et non esse prececedens esse. tamen ibi esse causam et causatū concedit et hoc per simplicem emanationem ad esse: et ideo male dicunt qui asserunt Lōmentatores in hoc cōmento cōtradecere Auiē. ponenti intelligentias pducī p modū simplicis emanationis: in b. n. nō dicit Lōmē. imo maxie affirmat: ex qd pcedit: qd in eis est cā et catū: ut dictū est: sed dicit de provenit cōsecutio et actione: qz ista denotant potētiā ante actū. ¶ Contradicit etiā qd vna intelligentia tantū proveniat ab vna: et qd hoc sit intentio sua pater: qz aliter in nullo cōtradiceret Aui. nam dicebat ipse: qd in intelligentijs a prima erat tantum vna intelligentia causaliter per modū simplicis emanationis. ¶ Contra Auiēnaz arguit Lōmentator sic. In intelligentijs est causa et causatus per modum intellecti et intellectionis. sed possibile est ab vno intellecto provenire plures intellectiones: quia qd intelligit motor corporis celi de primo motore: et est causa in anima celi: est aliud ab eo: qd intelligit motor orbis saturni: si hoc quod dicit: et est causa in anima celi: non intelligit de vera causatione ponente rem in esse: quid ad Auiēnaz? Questio enim: de qua erat controuersia fuit hec. vtrū a prima intelligentia alie essent causaliter aut tantum ab vna. ¶ Si dicatur a Lōmentatore: qd vna tantus non est ab vna: quia primus motor potest esse obiectū plurium intellectionū quid ad Auiē. nisi ponatur euz hoc: qd ipsum obiectū etiam est vera cā ipsaruz: et per consequens substantiarū separatarum: quia substantia et intellectio idem sunt in intelligentia apud Lōmentatōrē et Arist. Et idem Lōmentator in fine cōmēti istam sententiaz approbans et declarans: quā ante dixerat: dicit sic: qd a tali motore provenit talis motor: aut cōsequitur: aut precedit: talia verba nō intelligūt de principijs abstractis. Omnia enī ista sunt dispositiones agētis superficiei: tenus: et exponit: de quibus agentibus intelligit. Ab agente inquit non provenit nisi abstrahendo illud: quod est in potentia ad actum: sed illic nō est potētia: ynde neq; agens: tan-

De efficientia

tum enim est illic intellectus et intelligere et perfectus et perficiens: quemadmodum artifice adinvenit perfectum in hoc: quod accipiunt principia ab invicem. Et omnia reducuntur ad accipiendum omnia sua principia ab artifice universali continenti. De Commentator. Ex hoc concluditur: quod cum principia primi artificis sint cum alijs principijs subordinatis: sic erit in proposito: et per hoc patet ad primam instantiam adductam contra Commentatorem principale. Ad secundam respondeo: quod in immobilibus que sunt intelligentie: de quibus est mentio in proposito: non est efficiens agens per motum: et extrahens de aliqua potentia aliquid abstractorum in ipsis: quia de nulla potentia subiecti extrahuntur: sed per simplicem productionem educuntur ad esse: que production non est mutatio: neque creatio: ut aliquantulum tactum est in tractatu de intellectu: preterea eo modo quod loquitur theologi: quod de nulla potentia precedente actus ordine nature: aut temporis positive extrahatur. Quamvis aliqui velint dicere istam productionem esse creationem philosophicam non theologice: cum: quicquid sit: hic est efficiens producens et non transmutans: quorum differentiam in alijs sepe tetigimus: et declaravimus hoc non esse aliena ab intentione Aristotele. Sed contra hoc est unus principium apud naturales: quod ex nihilo nihil fit. Respondetur quod licet ex uno modo importat habitudinem cause materialis: et isto modo istud principium est verum: quia nihil et non ens non potest esse subiectus et materia entis quia unus contradictorius non recipit reliquum. Secundo modo potest intelligi: ut licet ex importat habitudinem termini a quo eo modo quo dicitur: quod ex auro fit dies et tunc si talis habitudo importat aliquem ordinem positivum temporis: aut nature inter extrema: que sunt termini a quo et terminus ad quem: istud principium apud Aristotelem et Commentatorem est verum: et intelligo ordinem nature positivum: non quod sit inter extrema positivum: quia iste ordo non est inter ens et nihil: ut patet solum intelligi quod non esse: aut nihil actualiter et positive inest in aliquo priori rei: que producitur per esse: aut saltem res ipsa positive: et actu prius intelligitur sub non esse: quia sub esse eo modo: quo secundum Avicennam omne causatum est tale: quod in conceptu eius quiditativum non includit esse. igitur non est de se ens: et ita tale causatum sequendo Avicennam deducere de non esse ad esse: ut non esse positive: et actu precedat esse ex natura causati: quod quantum est ex se est possibile esse: non sic causatum necessarium deducitur ad esse secundum Averroem: quia necessario repugnat possibilitas: ut statim dicitur preterea in motu: ut habet ipse. id est metaphysice commento. 4. i. si sic accipitur ordo positivus iter esse et non esse: istud principium: ex nihilo nihil fit: est verum secundum Aristotelem et naturales: quia ut dicit Commentator per philosophiam. 7. in fine: accideret aut quod transmutatio esset in nihilo: aut quod transmutatum esset sine transmutatione: et utrumque est impossibile. Si vero ista habitudo ex dicit ordinem nature privativum sic: quod non esse seu nihil non includitur in conceptu entis: quod fit: neque aliqua potentia distincta contra actus: ut dicebat Avicenna ubi supra: sed solum quod non esse inest in circumscripta causatione prime cause: quamvis ex se intrinsece et formaliter sit necesse esse: et necessitatem: seu naturam necessariam habeat a prima causa: loquendo de esse intelligentiarum: et corporum celestium: isto modo: quod produci ad esse in istis non extrahitur de aliqua potentia: aut de aliquo non esse: quia nullum tale precedit positive esse intelligentiarum: aut secundum rem: aut secundum conceptum: sed

Questio

solum hoc habet veritatem in possibili: quod distinguitur contra necessarium ex se: eo modo quo dicit Avicenna. sexto meta. capitulo primo ut immediate ante allegatum est: quod causatum quantum est ex se inest ei: ut non sit: quod habet intelligi non de necessario ex se apud Averroem. id est de possibili non necessario: quod secundum Avicennam tamen de causato necessario: quod de possibili intelligitur: et hoc quod dicit ipse causatum quantum est ex se inest ei ut non sit: verius dicendum esset quod non est de se ens quod de se sit non ens: et adhuc verius quod non est a se ens: ita quod causato non oportet competere aliquam non entitatem: sed solum negationem modi eandem: quod est esse a se: ista negatio est compossibilis necessario: id est negatio entitatis non sit compossibilis ei. Sed contra: causatum est de se possibile: nullum necessarium est de se possibile: igitur nullum causatum est necessarium. Respondetur ad maiorem quod si possibile dicatur a potentia: que est differentia entis distincta contra actum existentie: talis potentia non de necessitate invenitur in causato: nisi quod causatur cum novitate et contingentia et post non esse eius: sed non est necesse apud Aristotelem et Commentatorem causationem conecti cum novitate: ita quod in quocumque causato sit conexio causationis et novitatis: seu etiam causationis cum potentia precedente actus positive et actualiter: si autem potentia accipitur prout denominat possibile: quod est obiectum potencie causative: tunc ista possibilitas licet repugnat necessario a se: non tamen necessario formali et ex se: ex quibus omnibus concluditur: quod quamvis in immobilibus non sit efficiens per motum et finis: qui attingit per motum: que omnia sunt respectu termini: qui extrahitur de potentia ad actum: tamen est in ipsis efficiens et finis sine motu et mutatione: quod ubi nullum subiectum: ubi nulla mutatio: et hec solutio convenit ei quod dicit Aristoteles in tertio meta. loco parallelo ubi probat finem non esse in immobilibus: quia finis est terminus actionis: actio vero fundatur in motu: quare in eis non est finis: quia in eis non est motus. Sed instatur contra istam determinationem: si ens necessarium habet causam efficientem: sequitur quod perit tota demonstratio Aristotele. 8. per philosophiam. in primo ubi arguit ipse mundum esse eternum: quia si mobile: aut motus sit factus: ergo motus ante motum. Respondetur aduersarius: nego consequentiam: quia mundus est factus per simplicem emanationem: et non per factionem que est motus. Soluitur difficultas dicendo quod Aristoteles probat contra Platonem: et alios quod mundus non est productus de novo de aliqua potentia precedente actum simpliciter: quod sequitur ex positione platonis: nam dicebat ipse cum antiquis: quod mundus in natura sua erat ens possibile ut distinguitur contra necessarium: ex quo ponebat ipsum incepisse ex tempore: igitur ut sic ponebat potentiam eius precedere actum saltem natura positive non tamen privative: sed omne tale quod deducitur de tali potentia incipit esse per factionem: que est motus: maxime ubi tale fiat per se et solitarie: sicut Plato habebat concedere de mundo: quod dico propter animam intellectivam: que secundum Aristotelem non fit per se: sed fit factione compositi: ex quo sequitur secundum Platonem quod factio mundi fuisset motus ante motum primi celi. Sed contra: ubi nulla materia transiens de privatione ad formam: ubi nullus motus: aut mutatio in productione mundi non est huiusmodi: igitur etc. Respondetur quod in casu isto ubi fuisset materia transiens de non esse forme ad esse ordine nature positive: quia mundus est productus ex tota sua materia: ut in primo

primo celi: et ex comen-
saluat motum: aut muta-
ta sequitur quod motus fu-
di precessit esse in illa
de nihilo simpliciter. Et
quod metaphysice caput
n. dicitur: Primus et neces-
plex est hoc enim non co-
re: quare nec aliter et ali-
qua sunt semper eterna: et im-
peret naturam: ubi Comen-
si circa finem comenti. De
ens necessarius est in rei y-
ponitur ex materia et form-
menti inquit. Si igitur su-
immobilia: ut declaratum est
rit esse necessarium ab aliq-
naturam: hoc Commentator. Ex-
le expone: quod necessarius non
hanc instantiam respondet
ponit eterna et immobilia est
hoc quod sunt simpliciter: non co-
gant igitur causalitatem pri-
acum: adeo Commentator a-
bilia non accipiunt esse ab ali-
cludit in fine comenti. Hoc
compositum est natura addit-
illud quod sit ex compositione
mentator negant causalitatem
dicitur: sunt simpliciter: non o-
maque simplicitas tantum
potentia precedat actum: et il-
necessarij a possibili in subst-
paret: quia ipsemet Comenta-
sit supra: quod aliqua sunt neces-
habet. Dicitur quidem utique
sunt ab eorum autem nulla: et sic
menti quartum: ut allegatur est
quibus pro efficientia primi
temus principia necesse est
causa veritatis ipsorum. Et Co-
principium sempiternum est pri-
dignum in esse et veritatis etc.
Commentator 9. metaphysice. re-
lad Aristotelem. Est autem potentia
in eterna non est potentia ad
sam efficientem habet potentiam
Respondetur quod Commentator ex
ibi intendit Aristotelem: dicens in e-
tema enim non est nisi in gener-
bus negat igitur Commentator
tem actum: ut dicitur est. Et tu-
bens causam habet potentiam
positiva est falsa secundum Comenta-
tem motus enim primi mobilis
et tamen Commentator dicit: quod
bet potentiam ad esse nisi in par-
ta eius ad esse non precedit actus
nec bene quoad partes. Et
comento. 4. 12. metaphysice dicitur
fibile est quod aliquid sit ex se possibi-
nisi in motu: motus autem possi-
rue ex alio: possibile est se. Et
necesse in motu est ex alio: substa-

primo celi: textu cōmenti. 95. et iste transitus materie saluat motum: aut mutationem in factione mundi: et ita sequitur qd motus fuisse ante motus: et nō esse mūdi precessisset esse in illa materia: et ita esset productus de nihilo simpliciter. ¶ Sed adhuc arguitur: qd Arist. quanto metaphysice capitulo de necessario textu cōmenti. 6. dicit. Primus et necessarius proprie quidem et simplex est: hoc enim nō contingit pluribus modis habere: quare nec aliter et aliter: et in fine textus pcludit. Si qua sunt sempiterna: et imobilia: nihil est violentum et preter naturam: ubi Lōmētator habet hec verba quia si circa finem cōmenti. Declaratū est igitur: qd primus ens necessarius est in rei veritate simplex: quod nō cōponitur ex materia et forma. Postmodum in fine cōmenti inquit. Si igitur sunt entia simplicia et eterna et imobilia: ut declaratum est alibi: nullū eorum acquirit esse necessarium ab aliquo alio in eis: neq; extra naturam. hec Lōmētator. Ex quibus verbis videtur vel le expse: qd necessarius non sit ab alio effectiue. ¶ Ad hanc instantiam respondetur: qd phs et Lōmētator hic ponūt eterna et imobilia esse necessaria: et nō hē cāz p hoc qd sunt simplicia: nō composita ex mā et forma: negant igitur causalitatem prouenientem ex potentia in actum: ideo Lōmētator cum premisset: qd ista imobilia nō accipiunt esse ab alio: quia sunt simplicia: concludit in fine cōmenti. Hoc dixit supple Arist. quia in compositis est natura addita nature componētum. s. illud qd fit ex compositione: philosophus igitur et Lōmētator negant causalitatem in sempiternis ex hoc medio: quia sunt simplicia nō composita ex materia et forma: que simplicitas tantus negat causalitatem: in qua potentia precedit actum: et ista sufficit ad distinctionem necessarij a possibili in substantijs. Et qd sic itelligat aparet: quia ipsemet Lōmētator et philosophus premiit supra: qd aliqua sunt necessaria propter alia: et phs habet. Porus quidem utiq; altera causa essendi necessaria: horum autem nulla: et scō metaphysice textu cōmenti quarti: ut allegatus est supra in rationibus principalibus pro efficientia primi inquit Aristoti. Sempiternorum principia necesse est esse verissima: quia sunt causa veritatis ipsorum. Et Lōmētator ibi dicit: qd illud principium sempiternū est prima causa: que est magis digna in esse et veritatis etc. ¶ Sed adhuc instat: quia Lōmētator 9^o metaphysice textu cōmenti. i. 7. super illud Arist. Est autem potentia nihil sempiternus: inquit In eternis nō est potentia ad esse. s. omne habēs causam efficientem habet potentia ad esse et nō esse. g. etc. ¶ Rūdetur qd Lōmētator exponit: de qua potentia ibi intendit Arist. dicens in eternis nō est potētia: potentia enim nō est nisi in generabilibus et corruptibilibus: negat igitur Lōmētator potentiam ibi precedētem actum: ut dictus est. Et tunc cum dicit. omne habēs causam habet potentia ad esse et nō esse: ista propositio est falsa sūm Lōmētatorē in hoc eodez cōmento: motus enim primi mobilis habet causam agentes et tamen Lōmētator dicit: qd nō potest nō esse nec habet potentia ad esse nisi in partibus suis: unde potentia eius ad esse nō precedit actū eius accepto toto motu: sed bene quoad partes. ¶ Sed contra adhuc: quia cōmento. 4. i. metaphysice dicit Lōmētator: qd impossibile est qd aliqd sit ex se possibile: et ab alio necessarium nisi in motu: motus autem possibile est ut sit necessarius ex alio: et possibilis ex se. Et subdit postea: qd pmentia in motu est ex alio: substantie autem ex se: et ideo

impossibile est inuenire substantiam possibilem ex se et necessariam ex alio: sed si intelligentie essent producte videtur sequi contrariū huius: qd dicit Lōmētator. igitur etc. ¶ Ad hoc cōmentus respondetur: qd Lōmētator nō vult excludere ab intelligentijs nisi potentias: que competere eis: si essent entia in materia: qd potentia precedit actum: et est via seu progressus ab eē in nō esse: et econuerso: dicēte Arist. septimo metaphysice textu cōmenti. 22. Materia est qua res potest eē et nō esse: sed qd intelligentie non accipiant esse quod esse nō sit ex se possibile: ut distinguitur cōtra necessarium: hoc nō negat Lōmētator. Unde soluendo questionē Joānis grāmatici in hoc cōmento: que erat utz potentia celi sit finita. ex quo omnis potētia in corpore est finita: negat in celo vnam potentiam: et aliaz affirmat: negat enim potentias in substantia celi: et ex cōsequenti in intelligentijs: que est qd possint nō esse: quoniam incōueniens est aliquam substantiaz intrinsece esse possibilem: et ab extrinseco esse necessariam: quia si est necessaria: ei repugnat actus corruptionis: et consequenter potentia ad ipsum. Nā cuiusq; repugnat actus eidem repugnat potentia in necessarijs: licet nō in contingentibus: et ex alia parte. talis substantia est intrinsece: et formaliter possibilis ergo in ipsa esset potētia ad opposita simul: sed qd substantia aliqua: quēadmodum est intelligentia et celum sit ex natura intrinseca necessaria et ab alio effectiue nullam habens naturam possibilitatis repugnantis necessitati: hoc non negant Arist. et Lōmētator: quia talis substantia nō educitur de aliquo nō esse: aut de aliquo esse potentiali: s. per simplicem emanationem ad esse. Unde apud philosophum et Lōmētatores habetur pro constanti solā materiam esse causam progressus ab esse in nō esse: et hoc attestatur Lōmētator in de substantia orbis cōfirmando illud: quod premisus est septimo metaphysice: ostendens celum nō esse corruptibile: quia nō habet materiam: et. metaphysice. cōmento. 4. 9. hoc idē ostendit de primo motore. ¶ Ducusq; dictū sit de potentia: quas excludit Lōmētator in solutione questionis Joānis grāmatici. sed aliam potentiam affirmat hic in sempiternis esse: nō quidem quoad substantias eorum: ut dictum est: sed quoad motum: et ista potētia est ad ubi nō sūm totum motum: quia celum non potest esse sine motu: sed bene quoad partes eius: nō enim celum in aliquo instanti temporis aut nature fuit in potentia ad totum motum: ita qd fuerit sub nō moueri: aut in potentia ad ipsum: sed ista potentia est in partibus celi respectu diuersorum ubi: ut dicit Lōmētator in isto cōmento: et sic totus motus nō processit de nō esse ad esse sūm Aristoteles et Lōmētatores: quia accepta totalitate motus nūq; fuit sub nō esse: sed tantus in suis partibus. ¶ Sed instatur: quia substantia est prior natura quolibet accidente: ergo substantia celi in aliquo priori natura est: in quo nō erit motus: et sic in potētia ad motū. Respondetur qd ista prioritas nature: de qua habet Aristoteles septimo metaphysice textu cōmenti quarti: est tantum prioritas sūm conceptum quidditativum: qd videlicet substantie nō repugnat concipi conceptu cōpleto et quidditativo sine motu: sicut neq; aliquid substantie: ut substantia est concipi conceptu perfecto quātum ad completam quidditatem eius sine quocūq; accidente: et sic est in potentia ad motum: ut potentia accipitur pro potentia logica: que est nō repugnant

De efficientia

tia terminorum respectu istius propositionis. celus est sine motu: aut concipitur sine motu. Cum hoc tamen stat qd hic nulla sit potentia realis et physica: sed solus logica: aut metaphysica: que est: qd hoc non includit illud quidditativum: sed potentia: qua excludimus a sempernis: est potentia physica et realis: et prosequendo de ista potentia: que dicenda sunt: vult Commentator qd intelligentia non sit in se possibilis: et ab alio necessaria: imo in se necessaria nihil implicans in sua substantia de potentia reali distincta contra actum realem et distantes ab ipsa: sed emanans ad illud puz esse actuale ab alio scilicet a deo effectiue: motus tamen in se possibilis est: sed ab alio necessarius: tuz quia in sua essentia est actus permixtus potentie 3^o physicorum. tum quia cum hoc qd ab alio perpetuatur: semper habet a perpetuante novum et novum esse: et ita nunquam forma intrinsecas: que est necessitas: licet necessario semper sit: quia mobile totum necessario uniformiter se habet ad dans esse uniformiter necessario secundum Aristotelem. Et hoc habitudo uniformis mobilis ad movens est causa motus necessario fieri: licet motus nunquam habeat esse formaliter necessarium: et ita in motu est necessitas inevitabilitatis sine necessitate inevitabilitatis ex parte ipsius: que necessitas inevitabilitatis in motu est ex necessitate inevitabilitatis in causis: que sunt movens et mobile: substantia autem potest esse in se necessaria: esto qd sit ab alio quia substantia habet esse permanentis: et non datur sibi semper novum et novum esse: igitur a causa necessario causante dabitur sibi natura necessaria formaliter et si posset non esse: mutaretur eius natura: vt dicit Commentator. Et per hoc patet ad secundum argumentum contra conclusionem principalem et ad instantias: que fiunt contra ipsam quantum ad illud quod tangit hoc argumentum. Ad tertium respondetur premittendo: qd agens in agendo potest intelligi tripliciter perficere in actione sua: vno modo in se: alio modo in suo simili. tertio modo in toto: cuius est pars. Exemplum primum: intellectus agens perficitur sua actione. Exemplum secundum: ignis generans ignem perficitur in suo simili et natura eius per productionem comunicatur igni generato: et propter hoc est necessitas generationis in corruptibilibus secundum illud secundum de anima textu commentum. 34. Generatio est perpetua: vt saluetur esse divinum. Exemplum tertium: sol generat vermes: quantum sol non perficiatur in se: nec natura sua accipiat esse in alio: tamen perficitur in suo toto in quantum est pars universi: cuius aliqua pars producit: et perfectio totius videtur esse aliquo modo perfectio partis. Sed vbi non concurrunt aliqua istarum conditionum: nullo modo agens perficitur actione sua: sed dicitur agens omnino liberale: quod agit ex plenitudine liberalitatis et perfectionis. Et hoc vbi tale agens sit simpliciter perfectum: et ad tale agens in ordine agentium necesse est devenire quod probatur: quia in omni ordine agentium: vbi principium actuum non est de se imperfectum: est status ad aliquod actuum simpliciter perfectum: nullum agens est simpliciter perfectum vbi expectat perfici actione sua: ergo et assumptum pro maiori probatur: qd in omni ordine essentiali est status ad aliquod simpliciter primum et perfectum perfectione requisita ad illud agens principium actuum non est de se imperfectum: quia illa ratio principii de se non includit imperfectionem que competit nobilissimis entibus: sicut est ratio principii actuum: que competit intelligentibus: minor autem

Questio

probatur: sicut in actibus humanis nemo dicitur liberalis aut liberalitate perfectus: qui agit expectando ex sua operatione aliquam retributionem: sed solus qui agit nullam expectans retributionem: ita in agentibus aliis illud dicitur liberale simpliciter: quod non perficitur illo modo: aut a productione vel producto. Et hoc ex sententia Avicenne sexto metaphysice capitulo ultio. Ad propositum applicando. deus et primum principium si ponitur realiter et effectiue causare motum in celo non perficitur sua actione: quia ex hoc nulla realitas absoluta vel relativa advenit ei per talem productionem: sed solum quidam respectus rationis: vt alias declaratum fuit: nec perficitur suo simili vt patet: nec perficitur in toto: cuius est pars: quia deus non potest esse pars alicuius: quia hoc poneret imperfectionem in ipso: nam sicut totum est aliquid perfectum: vt dicitur tertio physicorum textu commentum. 64. ita per oppositum pars dicit imperfectionem: que dicitur relative ad totum. Ex quo concluditur: qd primum principium agit mere liberaliter: et ex plenitudine sue perfectionis. Ex quo sequitur Aristoteles optime dixisse secundo celi: vt allegatum est: qd illud quod est optime habens nulla indiget actione: et optime haberi existit quod bene sine actione. Sed quantum primum principium sit optime habens sine actione: qua indigeat propter se: indiget tamen actione propter aliud a se: vt hic dicit Commentator. qd Aristoteles vult declarare qd intellectus abstractus acquirit perfectam nobilitatem sine actione addita substantie sue et hoc verum est: quia deus agit per intelligere et velle: que non sunt addita substantie sue: et agit sine omni respectu rei et rationis: vt est de mente doctoris nostri in primo distinctum. 35. questione unica. Et si hoc videatur absurdum: saltem non concurrunt ad actionem divinam aliquis respectus realis: vt vult idem doctor in eodem primo distinctum. 30. questione prima. Ex hoc dicitur ad istam auctoritatem: que est qd est vt optime habens nulla indiget actione: hic non plus vult Aristoteles nisi qd illud: quod est optimum simpliciter: nulla indiget actione: quia ipsius est ultimus: gratia cuius omnia alia fiunt. Sed hic oritur vna maxima difficultas: ex quo omnia sunt effectiue a prima causa: que est deus et intelligentie causantur ab ipsa per motum intellectus et intelligentis: quo modo diversificatur in essentia et in natura specifica: vel quasi specifica. Ex quo est tantum vnum obiectum: quod est essentia divina causans ipsas intellectiones seu intelligentias. Et dubium est: quia videtur vniuersi simplex obiectum et vniuersi rationis formalis non posse causare nisi intellectiones vniuersi rationis: que intellectiones non sunt nisi ipse intelligentie. Ad hoc respondetur: qd quantum essentia primi entis sit simplex simplicitate opposita componi ex partibus essentialibus: et ex partibus quantitativis: et ex partibus que sunt genus et differentia: ac denique ex actu et potentia: vt declarat Aristoteles in 12. metaphysice per totum: non excludit tamen essentia primi multas intelligibiles: que saltem distinguuntur ratione secundum Commentatores et secundum Scotum formaliter et ex natura rei: et tunc essentia primi non solum aliter intelligitur a secunda intelligentia: et aliter a tertia: imo cum seipsam intelligit preter perfectiones: quas habet ad intelligentiam. Aliud est qd intelligit de se: vt est causa secunde intelligentie: aliud vt est causa tertie: est enim primum motor causa prima et propria motoris primi celi: qd est motor appropriatus: et sic intelligitur ab ista secunda intelligentia: sed a tertia non sic intelligitur: nam licet intelligatur

telligatur ab ea: vt causatur a prima nisi median-
tionis non est ex causa
preceptiue sic: qd omne
sententi a prima. Quare
di in essentia primi mo-
ratione intellectionis produ-
sunt ipse intelligentie. Et
et productio nisi per actu in
intelligibile virtualiter co-
telligibiles consequenter co-
lectiones sic emanat a pri-
autem in deo sunt plures
per illud Commentator
39. Deus est vniuersi sapien-
trinitatem esse in quo con-
viam et sapientiam in deo
mento. 4. vt premisum
de primo motore: et est cau-
es qd intelligit motor sat-
illorum: et declarat quod pro-
statem intelligentiarum et co-
perfectio vniuersi cuiusq; co-
pprius: et intelligendo causam
peret qd diuersitas intelligi-
di intelligendi procedit secundum
enim. Vniuersi causis istorum
sit in cognoscendo causam
quo notandum qd productio
nat a primo motore: in ipso
fectiones habentes ordinem
les adeo qd quantum sunt in
perfecte sic qd vna non exco-
se accepte secundum suas rationes
fectiones alia: hoc videre non
competit deo de se: quia de
respectum ad extrinsecum. Ex
et voluntas sunt perfectiones
suum quiditate est perfectio
sue voluntas secundum diuersas
tur de ista: saltem non potest
nam sit radix omnium et
non sit prima entitas in deo: et
neciam ordine perfectionis
tus in quolibet questione per
Et quantum ad hoc mem-
plurimas necessitas: infinitas
sic infinitas. Exemplum sec-
bile esse immobile esse perpetuum
primum principium: primum
dicitur propositum sic: deus pr-
et virtuali secundum perfectionem
lam producit intelligentiam
in actu primo per aliquas pe-
rem: intelligendo ipsam cau-
et sic vltimam: et ita ista
tur postmodum ad invicem in
sam primam sub illa ratione:
catur: hoc est eas perfici v-
lam propriam: vt dicit Com-
missio. Intelligentie autem
ligent se et suas perfectiones
per illas producant sub illam

telligatur ab ea: vt causa prima sui esse: non tamen intelligitur vt causa propria et immediata: quia non causatur a prima nisi mediante secunda. Et sic ordo causationis non est ex causa media principiativae. sed solum preexistivae sic: quod omnes causantur ordine quodam essentiali a prima. Quare cum sint plures modi intelligendi in essentia primi motoris possunt ab essentia sua in ratione intellecti provenire plures intellectiones: que sunt ipse intelligentie. Et cum in istis non sit causatio et productio nisi per actum intellectus: et per hoc quod obiectum intelligibile virtualiter continens plures rationes intelligibiles consequenter continet effectivae plures intellectiones: sic emanat a primo plures intelligentie. Quod autem in deo sint plures rationes intelligibiles apparet per illud Commentatoris. 12. metaphysice. commento 39. Deus est vivus: sapiens: et hanc putaverunt antiqui trinitatem esse: in quo commento concedit Commentator vitam et sapientiam in deo: hoc est: quod dicit etiam commentum. 44. vt premissum est: quod intelligit motor celi de primo motore: et est causa in anima celi. aliud est ab eo quod intelligit motor saturni: et similiter de vnoquoque illorum: et declarat quod premisserat ostendendo diversitatem intelligentiarum et causationis ipsarum dicens. Perfectio uniuscuiusque eorum est intelligendo causam propriam: et intelligendo causam primam. Ex quibus apparet quod diversitas intelligentiarum ex diversitate modi intelligendi procedit secundum Commentatorem: inquit enim. Uniuscuiusque istorum motorum perfectio consistit in cognoscendo causam primam et propriam. Pro quo notandum quod productio intelligentiarum sic emanat a primo motore: in ipso: vt dictum est: sunt plures perfectiones habentes ordinem secundum suas rationes formales adeo quod quavis vt sunt idem essentie divine sint eque perfecte: sic quod vna non excedit aliam: tamen in se precise accepte secundum suas rationes formales forte vna est perfectior alia: et hoc videre non est difficile: tamen de his: que competunt deo de se: quia de his que sibi competunt per respectum ad extrinsecam. Exemplum primi. intellectus et voluntas sunt perfectiones: quarum vna secundum suam suam quiditatem est perfectior altera: siue sit intellectus siue voluntas secundum diversas opiniones: et si hoc negaretur de istis: saltem non potest negari quin essentia divina: cum sit radix omnium divinarum perfectionum non sit prima entitas in deo: non solum ordine nature: verum etiam ordine perfectionis: vt declarat optime Scotus in quolibet questione prima: et questione quinta. Item quantum ad hoc membrum vite: actualitas: simplicitas: necessitas: infinitas intelligentie: si ponatur deus sic infinitus. Exemplum secundi membri: esse appetibile: esse immobile: esse perpetuum: et primum movens: primum principium: primam causam. Ex hoc concluditur propositum sic. deus pro quanto est in actu primo et virtuali secundum perfectionem nobiliozem intelligit et illam producit intelligentiam sibi proximam secundum quod est in actu primo per aliquam perfectionem illi propinquam: et intelligendo ipsam causat intelligentiam tertiam: et sic usque ad ultimas: et ita iste intelligentie perficiuntur postmodum ad invicem in quantum intelligunt causam primam sub illa ratione: sub qua emanat aut produciuntur: et hoc est eas perfici vt intelligunt primam causam: et propriam: vt dicit Commentator in commento premissum. Intelligentie autem producte in quantum intelligunt se et suas perfectiones aut vt sunt in actu primo per illas produciunt substantias celorum: quibus appro-

priantur: et ad productiones seu causationes istarum determinantur: imo necessitantur ex natura ipsarum: preteritum intellectus et voluntas: que sunt principia quarumque actionum in ipsis: ita quod secunda intelligentia intelligendo se: vt est in actu primo et virtuali secundum perfectionem sibi essentialem: que competit ei: vt est talis intelligentia: et in tali gradu: necessitatur ad producendum celum: cui appropriatur ipsa intelligentia: vt motrix: quod celum quavis sit immediate ab intelligentia mouente: tamen quia ista non causat celum nisi in virtute primi a quo habet esse: ideo celum principaliter dependet a primo: et sic servatur iste ordo usque ad productionem ultimam celi: et consequenter elementorum: que sunt ab ultima intelligentia consimili modo. Ex quo concluditur quod productiones intelligentiarum sunt immediate effectivae a primo ordine quodam: vt dictum est: corpora tamen celestia sunt immediate a suis intelligentiis sic effectivae: concurrente tamen prima intelligentia: que est deus in ratione principij remoti et universalis. Sic sunt duo dubia: primum est: intelligentie produciuntur adeo productione intellectuali. scilicet per intellectum et voluntatem: et similiter corpora celestia ab intelligentiis: iste potentie: que sunt intellectus et voluntas: sunt potentie operative ipsi deo: et intelligentiis quibus formaliter intelligunt: et adequantur intelligentiis in ratione operationis: quia operationes istarum potentiarum: quibus intelligunt se et primum ens: sunt eis adequate: igitur non videtur posse aliquid extra se producere. Consimiliter iste potentie sunt activae non factivae vt dicitur nono metaphysice. textu commento. 16. igitur nihil produciunt extra se. Secundum dubium est: quia secundum Commentatorem deus nihil intelligit extra se: igitur nihil potest causare extra se: quia tunc ignoraret effectum quem causat: et ita non esset agens per intellectum quia tale cognoscit effectum: quem agit: vt ostenditur secundo metaphysice textu commento sexti. Ad primum respondetur: quod intellectus et voluntas sunt potentie operative et productivae: operative quidem in quantum intelligunt et volunt: et vt sic non habent operationes nisi immanentes: et connaturales: et iste operationes adequantur suis potentis in esse: et in ratione operationis: in esse quidem: quia sunt idem substantialiter cum ipsis: nam sicut potentie sunt substantie: ita iste operationes: que sunt intelligere et velle. In ratione operationis intelligo ipsas adequari: quia quantum obiectum de quo sunt iste operationes est intelligibile et volubile tantum per operationes attingitur: hoc est intelligitur et amatur. Ex hoc patet responsio ad primum: nam ultra hoc quod iste potentie sunt operative et activae: sunt etiam factivae in quantum ab obiecto suo nate sunt producere aliquam intellectionem et notitiam actualem extra se. Sed contra. quia qua ratione intellectus de obiecto suo natus est producere notitiam actuales: eadem ratione voluntas in deo volitionem actualem: et ita positio philosophorum conveniret cum theologis fidelibus. Respondetur: quod philosophi habent pro inconuenienti: quod in eadem natura numero producat notitia actualis et volitio realiter distincte a producente: in natura distincta numeraliter concedunt tales productiones: non distinguentes productionem intellectualem a productione volitiva propter identitatem intellectus et voluntatis inter se. Unde Aristoteles. vltimum non distinguit intellectum contra voluntatem. Sed ponit communiter ista duo habere eandem rationem primum

De efficientia

cipij: et eundem modum principij. Quia ista duo si-
mul concurrunt in nobis ad actionem artificialem per
modum principij liberi et contingentis: et ideo non di-
stinguitur unum ab alio: neque productionem unius a pro-
ductione alterius. sed uniformiter loquitur de utro-
que. Ista duo etiam multo magis videtur secundum philoso-
phos uniformiter concurrere in natura necessaria: sicut
est natura divina: et ita si intellectus est principium na-
turale et necessario agens sic quoque voluntas: et ita si ipse
productio intellectualis non distinguitur a voluntate: et
per consequens neque notitia actualis ab amore actua-
li: qui sunt termini istarum productionum. ¶ Theologi
autem habent ponere intellectum et voluntatem habere
distinctas et oppositas rationes principij: quia una
naturalis: que terminatur ad verbum: quod ex vi produ-
ctionis sue est notitia actualis genita. Aliam liberam
libertate simpliciter: non libertate arbitrij: seu continge-
tis: que terminatur ad spiritum sanctum qui ex vi produ-
ctionis sue est amor actualis spiritalis. Nec autem pos-
sio dissentit a positione philosophorum: positiones au-
tem theologorum pertractat Augustinus in libris de
trinitate per totum presertim lib. 15. ¶ Sed contra hoc
instatur: quia si Aristoteles non distinguit intellectum a vo-
luntate penes distinctas rationes principij: cum ab
ipso sumatur ratio principij in istis: scilicet intellectu
et voluntate: non magis productio per modum intelle-
ctus erit naturalis in divinis ac etiam in nobis quam
productio per modum voluntatis: vel etiam productio
intellectus erit libera sic voluntatis. ¶ Respondetur intel-
lectus et voluntas possunt comparari vel ad proprios
actus quos eliciunt: scilicet intellectus ad intelligere ac-
tuale: et voluntas ad velle: et isto modo habent opposi-
tos modos principij: quia intellectus per modum
nature: et voluntas per modum principij liberi. Et sic
Aristoteles distinguit propositum seu agens a proposito con-
tra naturam: vel agens naturale secundo philosophorum:
textu commenti. 49. Alio modo possunt intellectus et vo-
luntas comparari ad actus aliarum potentialium: inferio-
rum: quarum actus et operationes sub sunt imperio
voluntatis et dictantur recte rationis: et quoad istos in-
tellectus et voluntas simul concurrunt in unum prin-
cipium liberum ad unam actionem liberam et contin-
gentem in nobis: et sic unum non distinguitur in ratio-
ne principij ab altero: quod quando duo principia simul
concurrunt ad unam actionem: quorum unum est libe-
rum: alterum naturale: tota ratio principij et actio-
nis provenientis est libera et contingens: presertim ubi
liberius dominatur supra naturale: sic est in tota actio-
ne rerum artificialium. Aristoteles autem pertractans de
istis duobus principijs. scilicet intellectu et voluntate: locutus
est communiter de istis: ut simul concurrunt ad actiones
artificiales: que sunt a potentijs sensitivis: et etiam mo-
tivis per imperium voluntatis: ubi etiam concurrunt in-
tellectus imperatus a voluntate: isto modo non distin-
gitur ratio principij intellectus a ratione principij vo-
luntatis: sic locutus est Aristoteles. communiter penes istam
secundam comparisonem: non penes primam. ¶ Sed
contra: quia ista responsio destruit seipsam. nam si pro-
ductio intellectus non distinguitur a productione vo-
luntatis: quia Aristoteles accipit ista principia: ut compara-
tur ad actus aliarum potentialium: non ad proprios ac-
tus essentialiores sit comparatio istorum ad proprios ac-
tus quod ad alia: et ut sic sunt distincta principia: igitur
penes istam comparisonem habet philosophus pone-

Questio

re productionem in intelligentijs: non autem penes com-
parationem accidentalem istorum. ¶ Respondetur
quod etiam penes comparisonem istorum principiorum
ad proprios actus non potest poni distinctio istarum pro-
ductionum in intelligentijs secundum Aristoteles. quia ista duo prin-
cipia intellectus et voluntas in natura necessaria me-
re naturaliter et necessario se habent circa quodcumque
obiectum: et maxime obiectum primum: quod est essen-
tia divina: et non deprehendit Aristoteles. quomodo circa ta-
le obiectum posset esse productio libera: sicut ponunt
theologi in nobis autem: et circa obiectum contingens
posuit ista principia se posse habere utroque modo. scilicet
libere ex parte voluntatis: et naturaliter ex parte intelle-
ctus: non circa necessarium: et ideo in necessarijs quem-
admodum sunt intelligentie: productio intellectus et vo-
luntatis non distinguitur: sed bene in contingentibus
penes comparisonem essentialem ad actus: quos eli-
ciunt. ¶ Ad secundum dubium principale motus con-
tra Commentatores: cum dicitur. de^o nihil intelligit ex-
tra se. ¶ Respondetur quod hoc habet solui a quocumque po-
nente deum causare effective aliquid extra se: et hoc est
principia Aristoteles. ideo pro ipso: pro me dico: quod deus
nihil intelligit extra se motus: aut etiam terminati-
ve primo: ita quod quicquid movetur: aut primo terminatur ac-
tum intelligendi divinum est essentia divina secundum Aristoteles.
et hoc tamen stat: quod secundo et ex consequenti: seu
per accidens aliquid preter essentiam divinam possit ter-
minare: quod non terminatur ex se: et virtute propria: sed vir-
tute essentie divine: et sic forte intellexit Aristoteles. et Com-
mentator. ¶ Et argumenta Commentatoris: quod de^o nihil in-
telligit extra se: non plus concidunt nisi hoc modo: et quod
sic intelligit Commentator patet per illud quod dicitur. 12.
metaphysice commento. 37. ubi habet quod deus habet sol-
licitudinem de unoquoque: et exponit ipse quod habet
de unoquoque in universali: quam sententiam habet etiam
in de somno et vigilia. Nec obstat quod dicitur in comen-
to. 51. 12. metaphysice: quod talis cognitio est confusa: et non
est in deo: quia cognitio: que est ab obiecto universali
confusa et potentialiter continetur obiecta intellecta est
confusa: sed si cognitio sit ab obiecto singulari distincte
et supereminenter continetur obiecta intelligibilia: sicut
est essentia divina: que est singularissima et distinctissi-
ma: obiecta in ipsa representata non cognoscuntur nisi
distincte: et tunc cognitio istorum est in universali: seu
per universale in representando non in predicando: imo
tale obiectum representans est maxime singulare. Et si Com-
mentator intelligit: quod intelligentie intelligant ista in se-
riora in universali predicatione: ut videtur velle prime
to. 37. 12. metaphysice: habet consequenter ponere in
ipsis cognitiones confusas: quod videtur absurdum etiam
secundum ipsos. ¶ Nec dicta sunt altius speculando modum
productionis intelligentiarum et ordinis et diversitatis
ipsarum: tamen alij attendentes potius ad corticem
verborum Averrois et Avicene quam ad sententias eo-
rum aliter dicunt. Ponunt enim productionem intel-
ligentiarum fieri simpliciter per intellectionem earum
in quantum intelligunt se: et primam causam: dicentes eas
intelligentias per suas intellectiones esse opifices et ope-
ratiuas: et hoc ex Alberto undecimo metaphysice sue
capitulo. 21. tractatus secundi. inquit enim quod intelligen-
tia: que est deus: producit secundas intelligentias effe-
ctive et exemplariter: id est per modum cause efficientis
et exemplaris: que est agens per intellectus: quod ad mo-
dum est ars in mente artificis respectu artificialium:

Primi principij

et se habet de^o ut ars vniuersalis et exemplar respectu intelligentiarum. ut sicut ars vniuersalis moderatur et facit artes speciales et sua instrumenta. Exempli gratia ars militaris est causa equestris: et hec est causa frenefactione: gladiarie: scutarie: et aliarum subseruientium: et hoc quod omnes inferiores intuendo artes communes et principalem ad eius imitationem et copulacionem formant operationes suas arti communi proportionatas: sic deus per quatum est artifex communis imitabilis secundum diuersas operationes et perfectiones: quas continet virtualiter et exemplariter: causat intelligentias: et hic modus dicendi posset colligi ex preallegato com. 4. 4. Et additur quod deus est ars vniuersalis per se subsistens causans artes speciales orbium celestium: que sunt intelligentie: et ipsos orbis tanquam instrumenta artium specialium: et hoc intelligendo se pluribus modis imitabilem: et hoc apparet ex commento. dum dicit Commentator. Non est impossibile: ut id quod est per se intelligens: et intellectus sit causa plurium entium: secundum quod ex eo intelligunt multi modi. ut supra allegatum est: quod sic intelligatur deus qui est ars communissima: qui ulterius est pura intelligentia: et purum intellectum: secundum quod se intelligit pluribus modis imitabilem per perfectiones: que sunt in ipso formaliter: aut virtualiter: producit plures artes: que sunt intelligentie. unde intelligendo se ut imitabilis est per motum saturni producit artem saturni: que est intelligentia saturni: pro quatum est imitabilis per operationes iouis. scilicet. que conueniunt ioui: cuius essentiam et perfectiones virtualiter et eminenter continet: producit artem que est intelligentia iouis. ¶ Propterea subdit Commentator. Aliud est quod concipit de primo motore totius: et aliud est quod concipit motor orbis saturni: et est causa in anima eius. ¶ Et hoc potest confirmari per proportionem: quam ponit Commentator inter intelligentias eodem commento. dum dicit quod habitudo intelligentiarum ad primam est sicut habitudo artium specialium ad communem: ita quod sicut artes speciales causant et perficiuntur a communi: ita intelligentie alie a prima perficiuntur: et causantur a prima. ¶ Hanc declarationem posui: quia metaphorica est: et satis sensibilis: cui facilius assentiant: quorum imaginatiua dominatur supra intellectuiam: sed qui habent ingenia eleuata primam magis amplectuntur. ¶ Hec que dicta sunt de materia intelligentiarum: quas theologi appellant angelos: sint dicta de mente Aristotelis. et Commentatoris: et similiter de efficientia primi principij: que materie ideo hic posite sunt et declarate vel dilucidate propter errores aliquorum philosophorum dicentium: primum principium: quod est deus: se habere ad ea: que sunt extra ipsum: et ad hec inferiora tantummodo in genere cause finalis: et nullo modo efficientis realis: que etiam opinio fuit Auerrois: et quia positio hec de efficientia primi principij: et de naturis intelligentiarum: si bene exponant: possunt esse iuuamen ad intelligentiam opinionis theologorum: tenentium deum concurrere effectiue mediate vel immediate ad omne possibile natum produci: et etiam in ratione cause finalis per idem concurrat deus in utroque genere cause loquendo de vera causalitate reali utriusque ad omnes effectus: ideo hec materia diutius fuit pertractata: quod in eadem conclusione conueniant Aristoteles et Commentator cum theologis quantum ad hoc: quod deus est causa efficiens extra se: et causa vniuersalis concurrans ad omnem effectum: ut dictum est effectiue et finaliter: et

theologi dissentiant a philosopho et ab Auerrois. quantum ad modum mediate vel immediate negat philosophus deum posse aliquod nouum immediate producere: quod a sempiterno et simpliciter necessario nihil nouum prouenire potest immediate sine nouitate et contingencia in causa: quod principium in philosophia Aristotelis et aliorum negandum est a theologis: nisi exponatur quod a principio simpliciter necessario et naturaliter et necessario agente non prouenit effectus nouus et contingens immediate per priuationem cuiuscunque medij. sed istud principium in philosophia Aristotelis negandum est a theologis dicentibus deum non agere extra se naturaliter et necessario: sed tantum libere et contingenter. immo est ei simpliciter impossibile: ut ad aliquid extra se necessario se habeat in effectibus realiter causatis et in esse reali: quia si sic ex minus impossibile sequeretur maius impossibile ut videlicet quod destructa natura creata destrueretur deus. nam si deus causat aliquid naturaliter extra se: ad illud causatum habet habitudinem necessariam realis causationis: secundum quam non potest non causare. sed destructo termino habitudinis destruitur illa habitudo: que fundatur in deo: et est eadem sibi realiter. ergo destruetur deus: et sic ad destructionem creature: sequeretur destructio dei: processus est euidentis: et presertim quod destructo termino habitudinis destruitur habitudo causalitatis: cum talis habitudo sit relatio dependens essentialiter a termino ut a potestate: necesse est si tollatur terminus tollatur et habitudo: et ex consequenti destructo eo: quod est idem realiter deo: destruitur deus. igitur sequitur conclusio intentata: et ideo principium illud: quod deus naturaliter agit et necessario extra se est negandum a theologis: et dicendum est deum agere mere libere et contingenter per voluntatem omnia: que agit extra se: ad que nullo modo necessitatur: et ideo quando vult potest producere nouum effectum: ut etiam declarat doctor subtilis in secundo sententiarum distinctione prima questione secunda: et in quolibeto questione septima. ¶ Tenent preterea theologi primum ens: quod est deus: esse summe simplex simplicitate opposita cuiusque compositioni et componibilitati actus purissimus et infinitus. alias intelligentias. scilicet angelos: esse contingentes et de nouo productos de nihilo per creationem: que est ex simpliciter nihilo: tam ex parte termini a quo quam ex parte subiecti. ¶ Ponit eas preterea simplices simplicitate opposita compositioni ex partibus essentialibus que sunt materia physica et forma: et ex partibus quantitatis: quicquid dicant nonnulli de materia in eis iuxta Boetium et alios sequaces: quam difficultatem dilucidauimus in tractatu formalitatum. Sunt tamen compositae ex genere et differentia: quia sunt per se in genere. nam habent realitatem potentialem obiectiuam perfectibilem per realitatem actualem: a quarum prima. scilicet realitate potentiati sumitur genus quod se habet ut materia teste Aristotele. septimo metaphysice textu commenti quadagesim tertii. dicente. Genus est possibile specierum: et se habet quidem ut materia. A realitate vero actuali sumitur differentia: que est actus: et ita sunt compositae intelligentie ex actu et potentia preter deum: sicut ex positio et positio quod vtraque realitas in genere sit positio et essentialiter inclusa in eis. ¶ Sunt etiam compositae ex actu et potentia: sicut ex habitu et priuatione per quod sunt entia et caret aliquo gradu

De efficientia

perfectionali possibili reperiri in entibus: per quod di-
cuntur priuari illo gradu quomodo talpa dicitur priuari
visu ratione animalis: cui competit aptitudo ad vidē-
dum: seu non repugnat actus videndi: licet repugnet
ei sub rōne sua specifica et inquantum talpa. Sunt post
hec intelligentie compositae ex substantia et accidente:
et ita transmutabiles transmutatione intellectuali et
perfectiua: quia possunt procedere de pura ignorantia
et potētia ad formas intelligibiles: quae sunt species re-
presentatiue objectorum intelligibilium: sicut fuit in
principio creationis ipsarum: in quo habuerunt species
intelligibiles vel a deo infusas: vel concreatas vt testā-
tur theologi: quorum quidam volunt eas habuisse per in-
fusionem speciem intelligibilem representantem di-
stincte diuinam essentiam: species autem istae sunt acci-
dentia in eis etiam per accidens. iste postremo intelli-
gentie secundum theologos sunt intransmutabiles transmu-
tatione substantiali et corruptiua propter carentiam ma-
terie naturalis et physice: sunt tamen anihilabiles a deo
quia cuius productio est creatio: eius desinitio est anihila-
tio: et hec positio patet de se: in quibus est contraria posi-
tioni philosophorum: quia ubi ponunt philosophi se-
quentes principia naturalia istas intelligentias esse sim-
pliciter necessarias: actus purissimos et simplicissimos
intransmutabiles omni genere transmutationis propter
animarum intellectiua. Secundum opinionem aliquorum theolo-
gi ponunt oppositum: vt supra dictum est: et hec de isto
primo articulo dicta sufficiant. ¶ Quantum ad secun-
dum articulum. primo videndum est de intentione Aristo-
telis. secundo de veritate questio. Quantum ad primum ostendi-
tur hoc esse de mente Aristo. videlicet deum esse infinite po-
tentie intensionis ex his: quae ponit octauo physice in vltima
demonstratione: quam repetit duodecimo metaphysice
textu commenti. 4. ubi Aristoteles facit hanc demonstrationem
nulla potentia infinita est in magnitudine. primum mo-
uens est potentie infinite. igitur et. aut igitur in maio-
ri accipitur infinitas secundum durationem et precise: aut secundum in-
tensionem: aut utraque simul. si primo modo. maior est
falsa: vt patet de celo habente potentiam infinitam secundum
durationem. si secundo modo habetur intentum. si ter-
tio modo. hoc non potest esse: quia ratio repugnat ad
hanc magnitudinem non esse infinitas durationis: vt pro-
babit inferius. igitur tota ratio repugnat esset ex par-
te infinitatis intensionis. ergo non habere magnitudinem
inferitur ab Aristotele. ex infinitate intensionis et non duratio-
nis. ¶ Item cum accipitur ab Aristotele. quod nulla potentia
infinita est in magnitudine: aut intelligit Aristoteles de infinita-
te durationis simpliciter: aut de infinitate durationis
in determinata magnitudine. si primo modo. est falsa.
quia sua contradictoria est vera. scilicet aliqua infinitas
durationis est in magnitudine: quae admodum est celum.
si capiatur infinitas durationis in magnitudine deter-
minata: aut ista magnitudo est magnitudo simplex: aut
composita. si primo modo est falsa. secundo modo est
vera. sed tunc non inferitur nisi impartibilitas de primo
motore: quod est opposita magnitudini compositae: et non
inferitur impartibilitas simpliciter: quod intendit demon-
strare Aristoteles. sed ad hoc dicitur quod accipitur potētia in-
finita utroque modo intensionis et extensionis. ¶ Contra. cu-
in quocumque predicati repugnantiae ad aliquod subiectum
oportet dare aliquid: quod est prima ratio repugnantiae ip-
sius predicati ad subiectum: et hoc siue ista prima ratio sit
secundum conuenientiam: siue secundum oppositionem: secundum conueni-
entiam illa est prima ratio repugnantiae: quae primo co-

Questio

tenit alicui: & cum hoc repugnat alteri: sicut homini re-
 pugnat esse rudibile: per hoc quod est rationale: sicut op-
 positionem illa est prima ratio repugnantie: que primo
 opponitur alicui: & cum hoc conuenit alteri: sicut esse
 irrationale opponitur primo homini & conuenit asino
 applicando ad propositum. si utraque infinitas potest
 repugnare magnitudini: aut prima ratio repugnantie
 erit infinitas durationis: aut intensiōis. si secundo mo-
 do habetur intentum. si primo modo. tantum concludi-
 tur primum mouens esse sine magnitudine composita
 ex materia & forma: quia ista infinitas durationis non
 primo repugnat nisi magnitudini compositae. ¶ Con-
 firmatur illud est per se causa alicuius: quo posito quo-
 cunque alio circumscripto seu variato ponitur illud. sed po-
 sita infinitate intensiua & remota ad imaginationem
 infinitate durationis ponitur impartibilitas simpliciter.
 igitur &c. maior est nota. minor probatur. nam potest co-
 cipi deus ut esse infinitus intensiue: non concepta eius
 eternitate. probatur: quia infinitas intensiua vel perti-
 net ad quiditatem dei: vel immediate consequitur ipsam:
 eternitas tamen pertinet ad existentiam & singularitatem
 & sicut finitas intensiua consequitur in nobis essentiam
 & non duratio: sed tantum existentiam & singularitatem:
 ita & in deo infinitas intensiua: ex quo sequitur quod intel-
 lectus sic concipiens impartibilitatem simpliciter de deo:
 quicquid sit de eius eternitate: que est sua infinitas du-
 rationis: poterit demonstrare: cuius sit eius per se causa.
 ¶ Sed respondetur a Joanne de gandavo in octauo phy-
 sicorum quod habere potentiam infinitam sicut durationem cum
 causalitate prima super motum eternum & eternitatem
 motus infert impartibilitatem simpliciter de primo mo-
 tore: quemadmodum est potentia primi principii: & ad-
 ditur quod quilibet alius motor appropriatus est in magni-
 tudine. ¶ Contra istam responsionem arguitur: & quero
 si infinitas durationis cum causalitate prima super mo-
 tum eternum est ratio repugnantie ad habere magni-
 tudinem. hic concurrunt due rationes: quarum una est
 infinitas durationis: alia est causalitas prima super mo-
 tum: seu prima causa eternitatis motus. Tunc argui-
 tur: aut iste due rationes sunt ratio repugnantie ad par-
 tibilitatem: ex quo aut una principalius percurrit quam re-
 liqua. non primo modo: quia sicut esse primam causam
 motus eterni est perfectior conditio in se quam durare in
 infinitum: ita uidetur magis repugnare ei: quod est ali-
 liter imperfectio: sed habere magnitudinem est aliqua-
 te imperfectionis: ut conceditur. ergo esse sic primam cau-
 sam efficacius excludit hoc: quod est habere magnitu-
 dinem quam durare in infinitum. sed Aristoteles infert ex hoc
 toto medio. videlicet esse infinitum in duratione cum causa-
 litate prima super motum impartibilitatem de primo
 motore: ut tu dicis. ergo principalius infert hoc ex pri-
 mitate causalitatis: quam ex infinitate durationis. sed esse
 primam causam arguit perfectionem intensiua: etiam
 in qualitate causalitatis: seu actionis eo modo quo actio
 competit tali cause: siue sit realis: siue metaphorica. ergo
 impartibilitas infertur de primo motore magis ex per-
 fectione intensiua quam ex duratione infinita: sed infertur etiam ex in-
 finitate primi motoris. igitur ista infinitas quam accipi-
 tur pro medio ad conclusionem intentam: est magis in-
 tensiua quam extensiua: & sicut durationem ut dicebatur: quod
 autem esse primam causam eternitatis motus sit per-
 fectior conditio quam infinitas durationis: quod fuit pri-
 mum assumptum probatur. tum quia esse primam cau-
 sam competit primo enti ex perfectione sua essentiali:
 & intrinseca

et intrinseca: vel saltem consequitur ad ipsam: duratio infinita non: cum duratio sit perfectio accidentalis rei durantis: et competit rebus ignobilioribus: sicut est materia prima secundum philosophum: tum quia duratio competit rei secundum esse existentie: sed esse primum ens: aut primum causam competit rei secundum suam quiditatem: que est longe perfectior existentia: ut probauimus in questione de esse essentie: tum quia hoc dicit Aristoteles. sexto ethicorum. ubi vult quod albedo unius anni non est perfectior albedine unius diei: tum postremo: quia primitas causalitatis est ex perfectione rei: quanto enim aliquid est prius et independentius: tanto perfectius. nam causalitas est passio entis. ergo perfectior causa perfectius ens. ¶ Preterea improbatur ista responsio quantum ad hoc: quod infinitas durationis si est in magnitudine: est etiam intensiua: et arguitur duratio maior: cuius sit quoddam extrinsecus et accidentale a re durante non facit rem esse perfectiorem in se: neque res ideo est perfectior quia diutius duret: sed e conuerso: ideo diutius durat quia est perfectior in se: et ratio est: quia res habet perfectionem suam a propria quiditate. unde si deus per impossibile tantum duraret pro instanti: non minus esset perfectior omni creatura. igitur quod virtus sit infinita secundum durationem ex hoc non efficitur efficacior et intensior. ¶ Sed ad hoc forte dicitur: quod potentia infinita in duratione: si sit in magnitudine: est infinita intensiue non ex duratione infinita: nisi concomitanter: sed per se est infinita: ex hoc quia resistit per infinitum tempus corrumpenti: ut dictum est: et ita ex resistentia infinita. ¶ Sed contra: quia ista resistentia respectu corrumpentis non est nisi ex potentia in magnitudine composita ex materia et forma: quia res immaterialis simpliciter nullus habet corrumpens. sed ista resistentia infinita: hoc est per infinitum tempus: est impossibilis huiusmodi magnitudini composita. igitur ponere talem resistentiam in tali magnitudine est ponere impossibile. ¶ Preterea ista conditionalis est simpliciter impossibilis versus si potentia actiua est in magnitudine qualicumque resistit per infinitum tempus corrumpenti: quia hoc non est verum de illa: que est in magnitudine simplici: quia non habet corrumpens: sicut est celum: nec de illa que est in magnitudine composita: quia talis resistentia infinita est simpliciter ei impossibilis. igitur si condicionalis est impossibilis per ipsam: nihil probatur de primo motore: vel si quid probatur per talem potentiam infinitam: non probatur ex eo quod sit infinita secundum durationem: sed pro quanto induit rationem infiniti intensiue et habetur intentum. ¶ Confirmatur ex sententia Iohannis de Sandaui: contra quem principaliter arguitur: habet enim octauo physicorum quod non est ista condicionalis est falsa. si finitus moueret mobile per tempus infinitum: pars mobilis moueret in maiori tempore: et hoc quia consequens repugnat antecedenti: sic in proposito de dicta condicionali. si infinita potentia secundum durationem est in magnitudine: esset infinita intensiue antecedens est possibile ex natura potentie: et consequens impossibile. ergo condicionalis falsa. quia consequens repugnat antecedenti. ¶ Preterea ad idem arguitur. quando aliquid est de essentia alicuius: quicquid ponitur circa ipsum possibiliter: vel impossibiliter: semper illud: quod est de eius essentia sibi competit: nec potest ab eo remoueri manente eius essentia: seu ratione formalis: ut si ponatur quod homo sit rudibilis stante humanitate in ipso: semper concedendum est: quod quicquid est

homo: illud est rationale: et tunc ista propositio condicionalis non esset admittenda versus si homo est homo aut rationalis: homo est rudibilis: quia in suo intellectu includit contradictionem: et talis propositio non est disputanda. nam ipsa admissa non possunt saluari regulis disputationis concedendo sequens et negando repugnans. ¶ Ex his premisis arguitur sic. finitas intensiua est de ratione actiue potentie saltem eius propria passio: ut dicit opinio huic nostre positioni contraria. ergo stante ratione formali potentie actiue semper sequitur talem potentiam esse finitam intensiue: quicquid ponatur circa ipsam per possibile vel impossibile. igitur si sit in magnitudine qualicumque semper potentia ista actiua erit finita intensiue. sed si talis potentia sit infinita ratione magnitudinis: in qua est: hoc est repugnans sue rationi formali: et ei impossibile. igitur propositio ista. potentia actiua infinita duratione: si sit in magnitudine est infinita intensiue: est simpliciter impossibilis. ¶ Ex hoc arguitur ulterius ad intentionem Aristoteles. octauo physicorum sic. Nulla propositio que ex suo intellectu includit contradictionem est admittenda in ratione necessaria et demonstratiua. sed infinitas intensiua repugnat potentie actiue: ut tu dicis: ista propositio. potentia actiua infinita duratione in magnitudine est infinita intensiue: ex suo intellectu includit contradictionem vel contradictoria. igitur ista non est accipienda in ratione necessaria et demonstratiua. sed Aristoteles. demonstrat impartibilitatem primi motoris per habere potentiam infinitam: aut per infinitatem potentie. igitur talis infinitas non repugnat potentie actiue. ista infinitas non est durationis: quia hec non infert simpliciter impartibilitatem primi motoris: ut supra ostensum est. ergo est infinitas intensiua: vel potest ista ratio sic formari. Aristoteles arguit. primum mouens habet potentiam infinitam. igitur nulla habet magnitudinem: aut in ante. Aristoteles accipit potentiam infinitam intensiue: aut secundum durationem. si primo modo. ergo talis infinitas intensiua non repugnat potentie actiue. si secundo modo. igitur talis potentia siue sit in magnitudine: siue sit extra: non sequitur istam esse infinitam intensiue: ut patet ex probatis. ¶ Sed ad hoc dicit forte concedendo: quod infinitas intensiua repugnat potentie actiue. tamen Aristoteles. videtur ista conditionalis. versus si potentia actiua infinita secundum durationem est in magnitudine per possibile vel impossibile est infinita intensiue. ¶ Sed contra quia ista condicionalis est simpliciter impossibilis: quia est de partibus contradicentibus: unde licet aliquod condicionalis sit necessaria: quousque antecedens quod consequens sit impossibile: ut in hoc exemplo. si asinus habet alas: asinus potest volare: tamen nunquam aliqua est vera: aut necessaria: que est de partibus contradicentibus: seu repugnantibus: ut est ista. si fortis est homo. fortis est asinus. ista autem condicionalis. si potentia actiua infinita secundum durationem est in magnitudine est infinita intensiue. consequens repugnat antecedenti. igitur ista est falsa. Ex quo sequitur: quod si demonstratio Aristoteles. procedit virtute istius conditionalis: procedit sua ratio ostendere suam ex condicionali simpliciter impossibili: quod sapit heresim in philosophia. ¶ Sed ad hec argumenta et probationem istorum alij aliter respondent dicendo: quod iste impugnationes procedunt in formam prescriptam demonstrationis eodem modo: quo scilicet Theophrastus et Scotus. format ipsam demonstrationem Aristoteles. sed non secundum formam: quod dicta demonstratio format a Theophrasto et Averrois. qui eam aliter format sic. omne mouens motu infinito et eterno est potentie infinite: primum

De efficientia

mouens est huiusmodi. ergo α . sed potentia infinita non est in magnitudine: vt probabitur inferius: et tunc dicunt isti sic formantes demonstrationem Aristote. qd non sequunt illa inconuenientia: qd deducta sunt ad eaz demonstratione sub p^ori forma formādo eā isto mō vt p^odictū est. ¶ Sed vident eadē argumēta pcedere cōtra eā demonstrationē sub ista secūda forma: sicut sub prima: quia argumentatio ista et forma eius non videtur differre a p^ore: nisi ratione syllogismi et prosyllogismi. nam syllogismus principalis est: mouens motu infinito est potentie infinite. primū mouens est huiusmodi. ergo α . et tunc deducitur alius prosyllogismus sub isto γ . nihil quod habet potentiam infinitam est in magnitudine. quod mouet motu infinito est potentie infinite. igitur α . et sic proceditur vt prius. ¶ Sed ad rationem principalem: que sumitur ex vltima demonstratione Aristote. octauo physicorum alr rīdet dicendo ad maiorem istam assumptam. nulla potentia infinita est in magnitudine: qd ista maior accipit potētiā infinitam sūm durationem: et ad improbationē dicit qd non quēcūq; potentia infinita duratiōe est sine magnitudine: sed solum potentia infinita duratione: qd est a se non dependens ab alio: et hoc infert simplr imparitilitatem. ¶ Contra hanc viam potest argui quem admodum argutum est contra responsionem Joānis. sed arguitur simpliciter ostendendo: qd ista responsio destruit seipsam: et cōcludit propositū sic: qd mouet a se: est ens a se. sed quod est ens a se: est ens in tota plenitudine entis: sed plenitudo entis nō potest esse sine infinitate intensiua. igitur qd mouet a se est infinitum intensiue. maior patet: quia quod habet a se potentia actiua: habet a se entitatem. nam potentia infert ens et est passio eius. minor patet quantum ad primam partē: quia quod est ens a se: habet entitatem perfectissimo modo: quo potest haberi: et in tota latitudine entitatis: secūda pars declaratur. ens in deo est perfectio simpliciter: alioquin non competeret deo formaliter cum summitate et eminentia: sic qd non esset verum dicere: qd deus formaliter per rationē entitatis formales esset summū et eminentissimum ens: sicut deus per nullū respectum formaliter est summus et eminentissimus: sed solum per absolutum: vel si per respectum: hoc nō est per rationem formalem respectus: sed pro quanto ille respectus identificatur realiter absoluto: qd est perfectio simpliciter. ¶ Ex hoc ad propositū. perfectio simpliciter nō determinatur ad certum gradū perfectio nalem: sed indifferēter potest esse sub quocūq; alioquin non esset perfectio simpliciter: sed limitata: cui deesset aliqua perfectio in latitudine entitatis: perfectio autē que non determinat certum gradū in sua latitudine: et cui non deest aliquis gradus possibilis reperiri in tota sua latitudine est infinita entitas: in deo est in tota plenitudine entitatis: et ei nihil deest quantum ad totalem plenitudinē entis. igitur entitas in deo est perfectio infinita: quod autē deo nihil desit entitatis apparet: quia aliter non esset summū et eminentissimum ens: sed forte ad hoc dicit: qd entitati diuine non deest aliqua perfectio possibilis in entibus. sed infinitas intensiue non est possibilis in tota latitudine entitatis. ¶ Contra. si infinitas intensiua repugnat rationi entis: aut hoc esset: quia finitas sibi opposita esset de itri-seca ratione formali entis: aut quia passio conuertibilis cum ente. neutrum pōt dari: qd experimur: qd quocūq; finito dato aliquid est cogitabile maius sine cō-

Questio

traditione: ac etiam appetibile a voluntate: in quo intellectus et voluntas quo ad suas inclinationes naturales maxime perficiuntur et quietantur tanq; in obiecto perfectissimo omnium eorum: que continentur sub p^ori obiecto: et adequato istarū potentia: in quo solo perfectissimo est sūma et vltima delectatio: ac etiam quietatio potentie ex decimo ethicorum. igitur gradus perfectionalis in ente sūmus est infinitus: alioquin talis gradus sūmus posset excedi: et esset aliquid cogitabile maius ipso sine contradictione: cuius oppositum pbatum est. ex quo est vltimate quietatiuus voluntatis: et excedit quolibet finitum. ¶ Ex quo vltius sequitur: qd finitas in ente non est de intellectu formali entis: nec passio conuertibilis cum ipso. ¶ Confirmatur. qd inclinatio naturalis appetitus rationalis et intellectus non est ad impossibile: vt colligitur secūdo metaphysice commento primo. sed inclinatio naturalis voluntatis nostre et intellectus est ad infinitum bonum et vep vt patet ex dictis. ergo α . ¶ Et confirmatur iterū per illud scōi de generatione textu cōmentī. 58. Naturā in quibus desiderare semper: et facere quod melius est: nisi appareat impossibilitas. ¶ Ex hoc arguitur. sicut quolibet est ponendum in entibus possibile: cuius non apparet impossibilitas: ita et compositibile: cuius nō apparet incōpossibilitas: hic nulla appetit incōpossibilitas infinitatis ad ens: vt p^o explicando rationem infiniti intensiue sic: infinitus intensiue est qd omne finitum datum sūm nullāz mensuram finitam precise excedit sed vltra omnem mensuram finitam assignabilem ad huc excedit: vel alio modo potest describi ratio ipsius infiniti sic: infinitus est: cui nihil entitatis deest eo modo quo possibile est illū haberi in aliquo vno: et hoc vltimum ideo additur: quia non potest infinitus tale in se habere realiter et formaliter omnem entitatem. nam tale infinitum continet in se formaliter: et per identitatem omnem entitatem simpliciter perfectam: entitatem autē limitatam: et aqualiter imperfectam continet in se precise eminēter. ¶ Ex his descriptionibus apparet qualiter ratio infinitatis non est incōpossibilis enti. omnis autem gradus possibilis est in ente. igitur infinitas ista est in entibus. ¶ Et rursum confirmatur. nam si quantitas virtutis est simplr perfectior quantitate mollis: si infinitas in molle est possibilis multo magis infinitas in virtute: et si talis est possibilis: de facto est: quā consequentiā probat doctor noster in primo distinctione secūda qōne p^oma de infinitate. ¶ Ex hoc concluditur principale intentus contra istā responsionem tertiam suprapositā ad demonstrationem Aristote. sic: perfectio: que habetur in aliquo certo gradu: habetur ab aliquo determinante naturā ad tale gradum: maxime si perfectio talis non sit limitata: sed sit perfectio simpliciter: sicuti est ens. ergo p^opositū si non habetur ab alio: sed a se: non habet in gradu limitato: sed in tota plenitudine perfectiois: que nata sit sibi competere. antecedens probatur. si vnū ens habet a se plenitudinem entitatis: et aliud ens nō h^o a se talē plenitudinē: s^o entitatē limitatā oio: nulla eēt rō qre illud plus h^oet plenitudinē entitatis q^o istud: q^o sic determinati videtur esse casus qd nō potest esse in his que sunt a se. sed p^omus motor mouet a se: quia ab alio non accipit sic mouere. ergo habet potentiam actiua a se: et similiter entitatem. igitur talem potentiam motuam et entitatem habet in tota plenitudine plenitudinis: seu potentie motiue est infinitas intensiua: igitur

igitur est sic infinitus. ¶ Preterea quantum ad istam responsionem impugnat opinio: et presupponitur quod passio non excedit subiectum: cuius est passio in perfectione. et arguitur. In deo est unitas et simplicitas infinita. ergo entitas sua est infinita: antecedens declaratur in istis inferioribus. unitas maxima: quia non potest dari maior. est unitas singularitatis: que est unitas numeralis. ista unitas non est perfectissima: quia ista unitas includit compositionem et componibilitatem: nature: cum differentia individualis in deo excludit omnem compositionem et componibilitatem: et ponit omnimodam simplicitatem et indivisibilitatem possibilem reperiri in entibus: quia non potest cogitari maior et simplicior sine contradictione. illa autem unitas est infinita: quia maior cogitari non potest: unitas in deo ac etiam simplicitas est huiusmodi. ergo etc.

¶ Dimissa ista responsione arguitur ad principale secundum sic. De illa infinitate intendit Aristoteles in ratione sua: de qua procedit probatio sue demonstrationis: quas facit octavo physicorum. sed talis probatio procedit de infinitate intensiva. igitur etc. minor probatur. nam in probatione istius propositionis: quam assumit. scilicet nulla potentia infinita est in magnitudine: arguit talem potentiam non esse in magnitudine finita: quia tunc daretur maior et efficacior potentia quam esset illa: que esset in magnitudine finita data: quia non repugnaret dari maiorem magnitudinem illa: in qua esset potentia infinita: potentia autem que est in maiori magnitudine ceteris paribus est fortior et efficacior in maiori magnitudine. igitur potentia infinita posset dari maior: in isto processu si Aristoteles accipiat precise potentiam infinitam secundum durationem siue sit in magnitudine finita vel infinita: non variabitur penes maiorem magnitudinem: aut minoritatem in efficacia et virtute: sed semper erit eadem et equalis: quia eterno secundum eternitatem et durationem nihil est maius. igitur ista probatio tantum procedit de infinitate intensiva. ¶ Confirmatur. quia efficacia et intensio in potentia non sunt passiones maioris vel minoris sed extensionem: sed solum secundum intensiones. igitur de ista infinitate potentie intendit Aristoteles in ratione sua: cuius bec que ponitur sunt passiones: sed iste sunt passiones infinitatis intensivae et non durationis. igitur propositum. ¶ Preterea quarto ad principale arguitur. 13. Aristoteles. quod si ista virtus: de qua loquitur: moveat immediate: moveat in non tempore. tunc sic. si ista virtus esset tantum infinita secundum durationem. ratio Aristoteles. non valeret: quia potentie finite in vigore est aliqua resistentia in mobili: circa quod agit: maxime si sit extensa per accidens: ut presupponit Aristoteles. talis enim potentia habet partes mobiles diversimode distantes: vnam propinquiores: et aliam remotiores: que due cause. scilicet resistentia et diversa approximationum partium mobilis ad ipsum movens faciunt successionem in ipso motu. igitur si primum movens sit potentie finite in vigore seu virtute: poterit proprie et successive movere ipsum mobile. ¶ Confirmatur quod Commentator quarto physicorum commento. 71. dicit quod resistentia in motu celesti est ex moto in actu: quod est corpus celeste. ¶ Preterea quinto ad idem arguit Aristoteles. quod virtus infinita in magnitudine moveret in non tempore. quia ista virtus moveret motu velocissimo in mensura aliqua: que excederet quodlibet tempus: in quo moveret virtus finita. sed mensura: que excedit quodlibet tempus determinatum: est indivisibilis: et talis est ista. Ex hoc arguo ad propositum. quaecumque virtus movet

aliquid mobile: si modo sit finita in vigore: movet motu determinate velocitatis in tempore determinato. sed virtus infinita duratione est finita in vigore. igitur etc. Et tunc ultra. ista virtus infinita: de qua loquitur Aristoteles. non movet motu determinate velocitatis in tempore determinato: si movet immediate: ut dictum est. ergo non est ista virtus finita in vigore. ¶ Et preterea. sicut mensura que excedit quodlibet tempus determinatum: excedit in infinitum quodlibet tempus datum: in qua mensura movet ex concessis virtus infinita secundum durationem ita virtus: que movet in tali mensura: excedit confimili excessu quamlibet aliam virtutem datam finitam: et ita in infinitum excedit. sed quilibet talis sic excedens est infinita intensivae. igitur propositum. assumptum probatur. quia cuiuscumque finiti ad aliud finitum est aliqua proportio. instantis ad tempus nulla est proportio. ¶ Item arguit Aristoteles in secunda probatione illius antecedentis videlicet. nulla virtus infinita est in magnitudine: quia si sic: virtus finita in movendo adequaretur virtuti infinite: hoc consequens illatum non est inconueniens: si intelligitur: quod virtus infinita duratione sit finita in vigore et intensivae. ¶ Preterea sexto ad principale arguitur sic. Si primum ens non esset infinitum intensivae: non requireretur motor appropriatus primo mobili. consequens est contra Commentatores. 12. metaphysice commento. 4. ubi approbat intentionem Joannis grammatici. igitur consequens est falsum. consequentia probatur: quod licet agens infinitum intensivae quod agit secundum ultimum virtutis sue agat in non tempore: ut declaratum est supra: tamen agens finitum successive et in tempore agit. igitur si primum movens est finitum: sufficienter agat in tempore: quicquid agit immediate remoto quocumque alio agente: quia frustra sit per plura quod potest fieri per pauciora: et eque bene sicut esset in proposito. ¶ Preterea septimo ad principale arguitur ex sententia philosophi 8. physicorum. textu commento ultimi. ubi arguitur. quod primus motor est infinitus: quia movet tempore infinito: que ratio: quia deridetur a nonnullis: quod videlicet ex ipsa possit concludi infinitas intensiva primi motoris declaratur. Arguit Aristoteles. sic. primum movens movet motu infinito primum mobile. ergo est potentie infinite: dicitur quod consequens habet intelligi de infinitate durationis: quia movens motu infinito: hoc est infinito tempore mobile finitum: non oportet quod habeat potentiam infinitam intensivae: sed tantum infinitam durationem sicut si figulus duraret per infinitum tempus: posset movere rotam suam. celum autem est corpus finitum. igitur per motum eius eternum non potest probari nisi potentia infinita secundum durationem. ¶ Contra istam responsionem arguit tripliciter: primo sic. potens in totum uniformis habens partes infinitas difformes: quarum quilibet difformi correspondet virtus propria simul contenta in agente est potentie infinite intensivae. primum movens causans primum motum in celo est huiusmodi. igitur etc. maior apparet: quia motus primus est regularis et uniformis: et habet partes infinitas difformes successive: et ex consequenti infinitas coniunctiones planetarum forte distinctas secundum speciem: et quilibet istarum correspondet virtus causans illam in movente: que coniunctiones quavis sint successive: earum tamen virtus simul continetur in movente. ¶ Secundo probatur propositum ex responsione ista. causa efficiens prior: cui causanti secundum ultimum virtutis causa secunda nihil addit perfectionis in agendo: est potentie infinite intensivae

De efficientia

Questio

ne: ista propositio probatur: nam datur q^d talis causa prior sit finite pfectionis causatiue. igitur secunda concurrens cum ipsa ad causandum aliquem effectuz adderet aliquid perfectionis: sicut sol nō potens imediate producere entia perfectiora nisi mediantibus agentibus vniuocis: illa addunt aliquam perfectionem: solum in causando: sic q^d causalitas proueniens a sole: et ab agente vniuoco est perfectior quā sit illa: que tantum est a sole. ergo per oppositum si causa secunda nihil pfectionis addit prime in causando: prima erit infinita intensiue. ¶ Confirmatur. quia omne finitum additum alteri finito facit maius et intensius. ergo causalitas proueniens a prima et a secunda: si vtraq^{ue} est finita erit intensior. patet maior assumpta: tunc subsummo minorem. causa secunda prime cause causanti fm vltimum virtutis sue nihil addit perfectionis. igitur prima erit infinita intensiue. probatur minor: nam quando causa secunda addit perfectionem in agendo: quanto plures cause medie concurrunt cum priori: tātō effectus erit perfectior. ergo si prima causa perfect^{ior} ageret cum secunda q^{uā} se sola: effectus proueniens a pluribus causis cum prima concurrentibus erit longe perfectior: cōsequēs est falsum: quia effectus immediate ab ipsa procedens: sicut est secunda intelligentia a prima producta: est prestātior quocūq^{ue} alio effectu remoto ab ipsa. ¶ Tertio declaratur ratio Ari. causa que potest simul ex se in infinitos effectus: quorum quilibet importat aliquam perfectionem sibi propriam in causante potest in quemlibet simul eque perfecte et distincte: ac si per se esset vnius: est intensiue in finita. sed primum mouens est huiusmodi. igitur et maior probatur: q^{uod} posse in plura simul et eque perfecte arguit maiores pfectionē quā posse in pauciora. ergo posse sic in infinita arguit infinitam virtutem: nam vbi pluralitas arguit maiorem perfectionē q^{uā} paucitas: ibi infinitas arguit infinitatem. ¶ Sed ad hoc respondetur dupliciter: q^{uod} posse in infinitos effectus numeraliter distinctos non concludit infinitatem intensiuam. sed solum posse in infinitos effectus specie distinctos: quod non est in proposito: quia per motum celi primus mouens tātūz causat infinitos effectus numeraliter distinctos. ¶ Secūdo dicitur: q^{uod} per quācūq^{ue} virtutem agens causat vnum effectum hodie vnius rationis: per eandem virtutem et eque intensam causat duos: tres: quattuor et infinitos eiusdem rationis succēssive. et ex hoc non sequitur aliqua infinitas intensiua. Exemplum de igne qui per vnam virtutem finitam causat multos ignes. ¶ Contra primum arguitur. quia quodlibet istorum numeraliter distinctorum requirit in causa aliquam perfectionem causatiuam sibi propriam: que sic determinatur ad ipsum in instanti: quo causat: q^{uod} non potest eē alterius effectus: quia natura determinatur ad vnum et illud vnus causat fm vltimum virtutis sue: quia iste est modus agendi nature: vt distinguitur contra ppositum ex secundo physicozū. igitur cum primus agēs agat per modū nature fm Aristotelē. si potest quantū est ex se simul in infinitos effectus numeraliter distinctos: oportet q^{uod} aut habeat vnam virtutem causatiuā continentem virtualiter omnes illas perfectiones causatiuas numeraliter distinctas: aut simul habeat omnes illas perfectiones causatiuas formales: et quodcūq^{ue} istorum datur: sequitur primum agens esse virtutis in finite intensiue. ¶ Cōfirmatur. quia ratio numeralis est primo diuersa ab omni alia. vt dictum est: et proba-

tum in materia de indiuiduatione nature. ergo infinitis effectibus numeraliter distinctis correspondent in finite perfectiones in causa; vel vna perfectio adequata omnibus istis. ¶ Confirmatur tertio. ynaqueque res sic se habet ad entitatem: sicut ad intelligibilitates sed sic se habet ad intelligibilitatem: qd si intelligitur precise in natura specifica: et in vniuersali intelligitur imperfecte: et non scdm omnem rationem sue intelligibilitatis. propterea qd non scdm illam entitatem positum: quia res est singularis. ergo res in intellectu vt singularis perfectior est quam in specie: et ita erit etiam in effectu extra intellectum: patet consequentia: quia alioquin intellectus intelligens rem precise in specie non esset imperfectus. maior assumptio patet secundo metaphysice textu commenti. 4. minor etiam est ex se euidentis et probata. igitur sicut virtus continens perfectiones specificas distinctas infinitas parte esset infinita pariformiter si continet perfectiones numeraliter distinctas. ¶ Contra scdm instatur: quia dato qd isti effectus non sint simul producibiles ex parte ipsorum: quia eorum natura hoc non permittit: tamen non sequitur propter hoc: quin agens habeat similitatem potentie respectu ipsorum: et quod quantum est ex se non poneret illa simul in esse. si illa simul eent compossibilia. ¶ Et confirmatur: quia certus est: qd causa non habet virtutes causandi ab effectu: igitur tota virtus causatiua effectus prehabebitur in causa. igitur si causa est productiua infinitorum effectuum simul quantum est ex se tota virtus causatiua prehabebitur simul in causa ante productionem illorum. sed talis virtus: que sic prehabebitur simul non potest esse finita: si sit virtus a se: et in dependenter causans. igitur infinita intensiue: cum sit virtus perfectionalis. Nec valet exemplum de igne: quia in quocunq instanti causat vnum ignem in eo instanti non habet nisi vnum ignem: quod determinatur sic ad vnum ignem singularem: qd idem manens non potest in aliu simul: qd non est de primo motore. ¶ Item hoc videtur posse confirmari: quia si primum haberet omnes causalitates formales omnium effectuum: esset infinitum intensiue. ergo vbi tales causalitates haberet eminentiori modo qd si haberet formalitates ipsarum esset infinitum intensiue: consequentia est euidentis: et tunc ultra. primum mouens habet huiusmodi causalitates eminentiori modo qd vbi haberet illas formaliter quia istas causalitates habet in dependenter: et in ratione cause prime: et modo quodam illimitato: quia est causa vniuersalissima: a qua omnes alie dependent: et in virtute eius causant: et ipsa non in virtute alicuius: vt dicitur. i. metaphysice textu commenti. 38. Et Auerro. ibi vbi supra allegatum est inquit. Hoc autem intellectum est: a quo dependet celum et natura. ¶ Sed ad hoc forte dicitur: qd ratio concluderet: si deus esset totalis causa respectu cuiuscunq: hoc autem non est: quia ad causationem omnium aliorum preter primum causatum requiritur causa scda cum prima. ¶ Contra. si causa prima simul haberet vnde esset causa totalis cuiuscunq effectus: non esset quid perfectius quam sit vbi concurrunt cum causis secundis: quia cause secunde simul et nulla seorsum adiungitur prime propter addendam aliquam perfectionem cause prime in causando: sed solum vt in effectu habeat limitata et determinata perfectio: et sit in ipso aliqualis imperfectio: que non potest haberi: si effectus immediate esset a prima causa: tum quia causa talis agit ex necessitate nature: vt potest philosophus

Primum quia perfectio
nens sunt in prima
eum sibi insistent: vt
possent inesse. ¶ Sed
fecio: tanto a pluribus
stantibus: que a pluri
mo non potest fieri a cau
mal imperfectum: ergo
est perfectio non nisi qu
causae concurrunt. igit
aliquid perfectionis per
fondetur qd in generab
ter saliter causatus quan
pendere: quorum qu
nem sique omnia requi
beat completam actuali
tatemque concurrunt per
tas octavo metaphysice:
quācumque sit actualit
per tamen est limitata ra
neg: non posset esse in ra
nisi cum prima causa con
da imperfecta: a qua dat
litate: etiam recipit limi
fectionis: quas non posset
¶ Ad formas argumen
ritus est perfectio. Respon
ad additionem ad causalitatem
ciat eius causalitatem: seu
effectum limitatū in gen
sua completa actualitate
nta: quorum qualibet r
vt dicitur: est non sic de ca
qd dicitur sit quid conclus
tentia intensius: quibz ad
logorum: que quia non p
loppum: maxime Aristote
de disputante: diffuse po
primo sententiarū: exponi
tione prima: et in reportat
mo distinctione secunda:
rea: bre rationes misas fa
adductum in principio
callo: vbi dicitur est qd p
mediat: sed primus motus
ritus: quorum vnus est p
iunctus seu appropriatus
motus: secundus a motu
tuo: pro quantum dat virtut
cto perpetuam: que non el
autem motore coniuuncto
Et qd dicit Commentator o
79 potentia vltius motori
box est falsum: tum quia d
monstrandam potentiam
cūq; magnitudine accipit
vt ostendit est supra in vi
dem. Contradicit etiam lib
mento vltimorū: et metaph
in quibus ponit primum m
tus iuxta motum: et causa
nisi diceret: quia nō habet
te effectus motus isto m
nina per un mediationem

Primi principij

Iosopbus: tum quia perfectiones causarum tote emi-
nentius sunt in prima fm ipsuz: quā ipse formalitates
earum sibi inessent: vt dictum est supra: dato q sibi
possent inesse. ¶ Sed contra. quanto effectus est per-
fectior: tanto a pluribus causis dependet: sicut patz de
substantia: que a pluribus dependet quā accidēs: et ho-
mo non potest fieri a causa equiuoca. solum sicut ani-
mal imperfectum. ergo causalitas perfectioris effectus
est perfectior non nisi quia ad causationem eius plures
causae concurrunt. igitur inferior causa videtur addere
aliquid perfectionis prime in causando. ¶ Ad hoc re-
spondetur q in generabilibus et corruptibilibus vni-
uersaliter causatur quanto perfectius: rāto a plurib?
dependet: a quorum quolibet recipit aliquā perfectio-
nem sui: que omnia requiruntur: vt tale causatum ha-
beat completam actualitatem suam: ad quam nullus
eorū: que concurrunt per se sufficeret: vt declarat Sco-
tus octauo metaphysice: questione prima: et alibi. sed
quātumcūq; sit actualitas et perfectio sua maior: sem-
per tamen est limitata tali limitatione et determinatio-
ne: q non posset esse in tanta limitatione perfectionis
nisi cum prima causa concurreret aliqua causa secun-
da imperfecta: a qua dato q accipiat aliquam actua-
litatem: etiam recipit limitationem actualitatis et per-
fectionis: quāz non posset habere a causa prima sola.
¶ Ad formā argumenti. causalitas proueniēs a plu-
ribus est perfectior. Respondeo est perfectior non per
additionem ad causalitatem prime causae: sic q perfi-
ciat eius causalitatem: sed in ordine et terminatiue ad
effectum limitatū in generabilibus: qui nō potest esse
in sua completa actualitate: nisi plures causae concu-
rant: a quarum qualibet recipit aliquam perfectionem
vt dictum est: non sic de causato imperfecto. ¶ Ducus-
q; dictum sit quid concludant rationes Aristote. de po-
tentia intensiua: quib? adiciende forent rationes theo-
logorum: que quia non procedunt ex principijs philo-
sophorum: maxime Aristote. et quia de istis subtilissi-
me disputant: et diffuse pertractat Doctor subtilis in
primo sententiarū: exoniensi. distinctiōe secūda: que-
stione prima. et in reportationibus Parisiensib? in pri-
mo distinctione secūda: et in de primo principio: ppre-
rea has rationes misas facimus. ¶ Ad argumentum
adductum in principio questionis patet ex primo arti-
culo: vbi dictum est: q primus mouens nō mouet im-
mediate: sed primus motus pponitur ex duob? moto-
ribus: quorum vnus est potentie finite: scilz motor cō-
iunctus seu appropriatus: alius est potentie infinite. s.
motor separatus: a motore separato est eternitas mo-
tus pro quanto dat virtutem motuam motori coniu-
cto perpetuam: que non est aliud ab esse ipsius: ab ipso
autem motore coniuncto habet motus successionem.
Et q dicat Cōmentator octauo physicozū cōmento
79. potentia istius motoris nō est finita neq; infinita:
hoc est falsum. tum quia contradicit Aristote. qui ad de-
monstrandam potentiam primi motoris carere quā-
tūq; magnitudine accipit: q hec potentia est infinita:
vt ostensum est supra in vltima demonstratione eius-
dem. Contradicit etiam sibi ipse ex his: que ponit ibi cō-
mento vltimo: et. metaphysice cōmentis allegatis:
in quibus ponit primum mouens habere vigorem acti-
uus supra motum: et causare effectiue motum in celo:
nisi diceret: q quia nō habet vigorem: qui sit imedia-
te effectiuius motus isto modo nō est finitus: neq; infi-
nitus per vni mediationem virtutis actiue ad motum.

Contradicit etiam rationi: quia vnūquodq; ens: quod
est actus: habet suum gradum perfectionalem in entia-
bus: quia actus et perfectio conuertitur. igitur ista per-
fectio est finita vel infinita: quia si nō est finita: neces-
se est vt sit infinita: tum quia finitum et infinitum sunt
imediata circa ens. igitur ex negatione vnius sequitur
positio alterius cum debito medio ex secūdo: per hyer-
menias: tum quia finitum et infinitum sunt passionēs
quantitatis suo modo: et sicut finitum et infinitum di-
uidunt quātitatē mollis: vt sunt passionēs eius ex pri-
mo physicozū textu cōmenti. 15. ita finitum et infini-
tum intensiue diuidunt quātitatē virtutis. ¶ Et pre-
tereā potentia primi motoris nō est aliud ab esse ipsi?
sed tu concedis suum esse esse finitum. igitur sua potē-
tia erit finita. ¶ Pretereā potētia primi motoris cui-
cūq; alteri comparata aut est equalis: aut inequalis:
quia virtus et potentia est passio entis: et omne ens alte-
ri comparatum aut est equalis: aut inequale ex. 10. me-
taphysice textu cōmenti. 12. sed equalitas aut inequa-
litas: de qua loquitur Aristote. ibi: est transcendens: quia
circuit et cōsequitur quodlibet ens: equalitas ista et in-
equalitas fundatur super vnum in quantitate transce-
denti ex quinto metaphysice textu cōmenti. 19. quan-
titas autem transcendens non tantum se extendit ad
quantitatem mollis seu dimensionalem: sed etiam ad
quantitatem virtutis: de qua habet Augustinus. 6. de
trinitate capitulo. 8. In his que molle magna nō sunt
idem est maius qd melius: cuius igitur potentia primi
motoris habeat suam magnitudinem virtutis. sequit?
q erit finita vel infinita. ¶ Cōfirmatur per illud qd
immediate premissum est ex primo physicozū: vbi ha-
betur q finiti et infiniti ratio quātitati cōgruit: et Cōmē-
tator dicit ibi: q quantum est genus infiniti. ergo si po-
tentia primi motoris est aliquanta: vel aliquante vir-
tutis in se: necesse est: vt sit finita vel infinita: et sic est fi-
nis questionis ad laudem dei et virginis matris et Di-
ui nostri Antony Patruini.

De adulto non baptizato. Questio. 11.



Trum aliquis adultus non ba-
ptizatus non habens po-
centem: et habens motus cōformes ra-
tioni recte naturalis: cauens deinde ea
que ratio naturalis dictat esse cauēda
possit salutem aie acquirere. ¶ Arguit?
q nō. Arg. crediderit: et baptizat? fue-
rit saluus erit: qui vero non crediderit cōdemnabitur.
sed in proposito adultus non est baptizatus: neq; cre-
dit articulis fidei: quum non habeat docentem: aut fi-
dem. ergo et. ¶ Ad oppositum arguitur. quanto quis
habet potiora: et plura bona merita ad salutē: tantoma-
gis diuina liberalitas ei suffragari debet. 13. adultus in
proposito est huiusmodi: vt ostēdetur inferius. igit? et.
¶ In ista qstione primo ponuntur distinctiones. secū-
do conclusiones. tertio respondet ad argumentum p-
ncipale. prima distinctio est: q cum queritur. vtrum qs
possit mereri vitam eternam: potest intelligi vel de cō-
gruo: vel de cōdigno: ex quo distinguitur: q duplex est
meritum: vnum appellatur meritum de congruo: aliud
appellatur meritum de condigno. primum est quan-
do primum excedit meritum. scdm quando primum
adequatur merito: et cōuerso. Scda distinctio duplex
est fides: yna est acquisita: alia infusa: pma acquiritur

Trub. de adul. nō bap. L z

ex studio sacre scripture: vel ab aliquo docete. secundo infunditur a deo in intellectu humano. prima non igitur nisi intellectus habens eam possit exire in actum: credendi. secunda potest inesse intellectui: dato quod non habeat omnino secundum illam actum credendi. prima inclinat intellectum ad actum credendi: et facit actu credere articulis fidei. secunda quantum forte inclinet: non tamen facit actu credere sine fide acquisita. Tertia distinctio duplex est potentia in deo: una est absoluta: alia est ordinata. prima est illa: qua deus agit preter leges statutas a sapientia sua. secunda est: qua deus agit conformiter ad tales leges. Quarta distinctio est ista. infidelis accipitur duobus modis. uno modo positive et contrarie et est ille: qui non tantum excludit fidem: sed etiam ponit habitum contrarium fidei. secundo modo accipitur tantum privative: seu negative: et est ille qui precise habet carentiam fidei: non ponendo aliquem habitum contrarium fidei. His premisis ponuntur conclusiones: quarum prima est ista. deus de potentia ordinata non iustificat aliquem a peccato: nisi infundat gratiam gratis facientem in eius voluntate. ista conclusio probatur. Nam deus agendo conformiter ad leges divine sapientie non iustificat aliquem a peccato: nisi remittat offensam: sed non remittit offensam: nisi per infusionem gratie: ergo et maior probatur. quia nullus de inimico efficitur amicus dei nisi gratificetur deo: existens in peccato est deo inimicus: et per remissionem culpe: seu eius iustificationem efficitur amicus. igitur talis gratificatur deo: sed nullus gratificatur deo: nisi per gratiam infusam: qua deus preordinat ipsum ad vitam eternam: igitur deus ordinate agens remittendo peccatum alicui infundit gratiam. Confirmatur. nihil transit de contradictorio in contradictorium: nisi facta mutatione in ipso. sed homo existens in peccato est huiusmodi: transit enim de hoc extremo: quod est esse inimicus: ad esse amicum. ergo mutatur. sed hoc non potest esse nisi per aliquam formam absolutam receptam in ipso: quare prius non habebat. talis non est nisi gratia. igitur et. vtrius autem deus prius infundat gratiam quam remittat culpam seu peccatum: vel e converso. de hoc in. 4. di. 16. questione secunda. hoc autem probatur per illud euangelium Matthei. vigesimo secundo capitulo in parabola de homine intrante ad nuptias: qui fuit eiectus: propterea quia non habebat vestem nuptialem: qui textus dat intelligere ne minem preordinari posse ad vitam eternam: nisi habeat gratiam gratum facientem: que appellatur vestis nuptialis: cum sit quidam decor anime reddens animam deo placitam et acceptam. Secunda conclusio. deus de potentia ordinata non potest aliquem iustificare a peccato: nisi det ei fidem infusam. probatur. deus perficiens animam intellectualem secundum ynam potentiam perficit eundem secundum aliam potentiam. sed deus in iustificatione peccatoris perficit animam secundum voluntatem dando ei gratiam gratum facientem. igitur perficiet eandem secundum intellectum dando ei fidem. maior probatur. tum quia opera dei sunt perfecta. igitur perficiens animam perficiet eam secundum quolibet eius potentiam et virtutes. tum quia sicut christus nunquam hominem sanavit in corpore: quin eum sanaverit in anima: sic sanando animam nunquam perficit eam secundum ynam potentiam per aliquem habitum infusum supernaturalem: quin etiam sic perficiat eam secundum aliam. et hoc loquendo de potentis anime: que in esse non dependet a corpore. Tertia conclusio. non quilibet habens habitum fidei infusus potest exire

in actum credendi: nisi instruat ab aliquo docente. probatur. nam si quis posset exire in actum credendi proprium illius habitus: posset cognoscere illum actum sibi inesse per reflectionem intellectus supra se et supra actum proprium illius habitus: et tunc posset cognoscere habitum fidei infusus sibi inesse: quod est falsum. probatur etiam. esto quod aliquis infans baptizatus nutritur in aliquo loco: ita ut nunquam habeat docentem ipsius articulos fidei: non instruat tamen in aliquo habitu contrario fidei. iste semper habebit fidem infusam: quia ista non corrumpitur demeritorie nisi per discredere: iste cum fuerit adultus non discredet: neque habebit habitum contrarium fidei. igitur remanebit in eo fides infusa. Sed dices ad quod ponitur fides infusa: si non facit actu credere. Ad hoc responsum est quod ideo ponitur: non quia fides infusa et gratia non sint distincti habitus regulares: non etiam quia unus alius necessario concomitet: separant enim in peccante mortaliter: sed solum quia dei perfecta sunt opera: et anima perfecta secundum ynam potentiam: et in actu primo sit etiam perfecta secundum alias in actu primo sibi proportionales: ponitur etiam talis habitus in intellectu: ut intellectus eliciat actum interiore credendi: et etiam ut efficacius intellectus assentiat articulis fidei: quando quis habet fidem acquisitam. Quarta conclusio. de potentia dei ordinata non potest deus iustificare aliquem a peccato si sit adultus: et habeat docentem nisi sit baptizatus: et habeat fidem infusam: ac etiam fidem acquisitam. hec conclusio patet per illud euangelium. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum dei. secundum hoc intelligitur illud: qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. qui vero non crediderit condemnabitur. probatur etiam ratione. si quis doceatur de articulis fidei: et non assentit habet actus difformes veritati divine revelate: et per consequens voluntas sequens intellectum erroneum: et dissentientem circa veritatem divinam esset perversa: et ita peccaretur. Confirmatur. quia credere non est nisi per consensus voluntatis. dicente Augustino super Joannem homelia. 26. Cetera potest homo nolens: sed credere non nisi volens. igitur voluntas: que non imperaret actum credendi: siue que non converteret intellectum ad assensum veritati fidei ostense erraret: atque deficeret: et per consequens peccaret. Quinta conclusio. deus de potentia ordinata potest iustificare adultum non baptizatum. si non habeat docentem: et hoc si videtur secundum leges nature: et habeat motus conformes rationi naturali recte sine fide acquisita. probatur. deus non subtrahit sue liberalitatis munus ab eo: qui querit toto corde salutem. sed adultus non baptizatus non habens instructum ipsum in fide vivens secundum leges nature est huiusmodi. igitur et maior videtur nota. minor probatur. ille querit toto corde salutem quod facit quod in se est: ut eam acquirat. et inititur meritis suis de congruo. adultus talis est huiusmodi: quod probatur: quia magis meretur iste adultus in casu per bonas voluntates: et bonos motus: quos habet rationi recte naturali conformes quam sunt actus boni moraliter referibiles: etiam in ultimum finem: ac digni ut acceptentur a deo: tales sunt meritorum saltem de congruo: non solum quia boni ex natura sua acceptabiles in ultimum finem: sed etiam in virtute passionis christi exhibite: quare christus obtulit pro omnibus bene viventibus: et querentibus salutem suam. Nec obstat: quod iste dicatur esse in peccato originali: et oporteat ipsum mundari per baptismum: quia deus non debet esse minus


minus graciosus isti conferendo sibi primam gratiam de-
lentem peccatum originale sine baptismo. ex quo me-
retur de congruo iustificari q̄ infanti in baptismo: qui
recipit talem gratiam sine ullis meritis propriis: sed
precise meretur illam in meritis dñi nři iēsu xpī. Iste
autem adultus meretur illam in meritis iēsu xpī: et
in meritis propriis: vt dictum est. quare a deo iustifica-
bitur. ¶ Sed ad hoc dñr q̄ iustificabitur per angelum
aut per prophetam: aut per locutionem interiorē: seu
revelationē: qua instruetur de credibilibus fidelē ita
iustificabitur non sine fide acquisita. Ponat q̄ non vi-
sitetur. liberalior est deus ad indulgendū et premiā-
dum q̄ homo possit mereri: quia deus premiat vltra
condignū: et nullū meritū relinquit sine premio
sibi proportionali: sed iste adultus in casu habet meri-
ta de congruo respectu sue iustificationis et salutis con-
sequēde: quia per volitiones iustas et rectas: que habet
rectitudinem a principis legis nature: preterit ab il-
lo. Quēq̄ vultis vt faciant vobis hoies: et vos facite
illis. hec seruantur ab adultis in casu: nec habet actum
contrarium fidei catholice. igitur meretur iustificari.
¶ Preterea non minus deus debet esse liberalis eis: q̄
meretur salutem meritis propriis: q̄ qui nulla hz me-
rita. sed deus iustificat infantes in baptismo: sine ullis
meritis propriis: multo magis iustificabit adultus per
ppa merita. ¶ Et si dicas q̄ iustificat vnde sacramē-
ti in quo cōcurrunt merita iēsu xpī. ¶ Cōtra. deus nō
alligatur sacramentis: neq̄ merita xpī succurrunt ex
sacramento salutis alicuius: sed potius sacramentū ex
meritis habet vim conferendi salutē. sed merita xpī
eque bene adulto in casu merentī gratiam: et gloriā:
sicut infanti: et videtur q̄ magis. igitur a deo est iusti-
ficatus. ¶ Item decens fuit vt deus institueret sacra-
mentum baptismi tanq̄ signum sensibile: vt quisque
fidelis haberet viam: per quam posset cognoscere cer-
titudinaliter se iustificari a peccato originali: et mereri
propriam gratiam. sed per hoc non alligant manus di-
uine liberalitatis: vt deus non possit aliter iustificare
peccatorem etiam de potentia ordinata q̄ per sacramē-
tum: quia hoc esset derogare iustitie: misericordie: et po-
tentie diuine. deus autem non statuit aliquid quod sit
disforme alicui diuine perfectioni. igitur iustificando
peccatorem sine baptismo non agit preter leges sapiē-
tie sue: et ita de potentia ordinata agit. ¶ Ex hoc sequi-
tur duo correlaria. primum: q̄ licet infidelis priuatiue
per priuationē fidei acquisitē possit saluari: non tamē
infidelis positue et cōtrarie. prima pars patet de adul-
to non baptizato in casu dicto. Iste et si sit priuatus fide
acquisita tñ non habet errorem in contrarium fidei: q̄
tamē saluabit. ¶ Aliud correlariū: sequitur q̄ nullus
infidelis siue positue et contrarie sumptus siue negati-
ue et priuatiue: prout infidelis negat et priuat fidem in-
fusam: potest saluari de potentia ordinata dei: hoc pa-
tet ex dictis superius. nam deus de potentia ordinata
et fm cōmunem legem perficiendo animā quo ad ha-
bitus supernaturales fm vnam potentiam: perficit etiā
fm omnes alias. sed de potentia sua ordinata non pōt
saluare hominem: nisi infundat in voluntate sua gra-
tiam gratum facientē: quia statuit ab eterno neminē
esse glorificandū: nisi prius sit gratificandus: non po-
test autē gratificari homo deo: et acceptari ab ipso: ni-
si habeat gratiam gratū facientem: per quā sit dignus
vita eterna: alioquin reijcitur a deo: vt patet in euāgē-
lio de non habente vestem nuptialem. igitur correla-

riū verū. ¶ Ad hoc facit illud Pauli ad hebreos caplo
vndecio. Sine fide impossibile est placere deo: nam q̄
placet deo habet gratiam gratum facientem: per quā
acceptatur ipse et opera sua bona ad vitam eternam.
primum ipse: deinde opera sua: sicut habetur genesio.
caplo quarto. Respexit deus ad abel: et ad munera ei⁹
primum ad abel postmodū ad munera: sed quicūq̄ hz
grām gratū facientē hz fidē infusā: vt p̄ ex predictis:
et nō ec̄. qd̄ pbatur: q̄ fides infusa non corrūpitur in
hoies: nisi p̄ discredere: et per errorem dñi fidei: nā exi-
stēs in peccato mortali nō hz grām gratū facientē: q̄ nō
stat cū petō mortali: et tñ iste talis habet fidē infusā:
vt supra diximus. dato q̄ iste peccator non sit hereti-
cus: aut discredat: quia per solam heresim corrūpit
demeritorie: ex hoc arguit ad propositum. habens gra-
tiam gratum facientem deo placet: et acceptatur ab ip-
so. sed impossibile est habere gratiam sine fide: igitur
sicut impossibile est alicui placere deo sine gratia: q̄
est ratio acceptationis diuine voluntatis: ita impossi-
bile est alicui placere deo sine fide infusa: que semper
cōcomitatur grām fm legem dei ordinatā. ¶ Sexta
conclusio. deus de potentia absoluta potest alicui sal-
uare sine fide infusa: dato q̄ det alicui gratiam sine fi-
dei: et hoc si bene vtatur ea gratia eliciendo bonas voli-
tiones: quales pōt habere fm naturalem cognitionē:
que dicat cauendum esse ab offensione dei et proximi
vel fm cognitionem: quā potest habere ab aliquo do-
cente ex fide acquisita: dato q̄ deus non det sibi per fi-
dem infusam: poterit tamen de potentia sua absoluta
hominem saluare. ista cōclusio patet. Nam deus pōt
potentia absoluta qcquid nō implicat cōtradictionē.
ista propositio est omnium theologorum. sed saluare
hominem sine fide infusa ceteris dictis existētibz in
ipso non implicat contradictionē: igitur et. minor pz.
tum quia isti habitus. v3 fides infusa: et gratia sunt ha-
bitus distincti regulariter. poterit ergo haberi vnus sine
alio. tum quia de facto separantur: in peccante morta-
liter corrūpitur gratia demeritorie per peccatū mor-
tale: et tamen remanet in eo fides infusa: quia ista non
corrūpitur nisi per heresim fidei contrariam: et per dis-
credere: vt dictū est. ¶ Ex ista cōsequētia sequitur hoc
correlariū loquēdo d̄ potētia dei absoluta. sicut de po-
test saluare hominē sine fide infusa: si habeat bonas
volitiones fm cognitionem naturalem: aut fidem ac-
quisitam: si habeat docentem: ita nō repugnat potētie
absolute dei saluare hominē sine fide infusa et acqui-
sita: vbi desit qui possit eum instruere et docere de arti-
culis fidei. patet hoc: q̄ nō implicat contradictionem.
¶ Ultima conclusio. deus de potētia absoluta potest
saluare hominē sine gratia gratū faciente. probatur
ista conclusio. Nam gratia nō est ratio necessaria acce-
ptionis diuine voluntatis: sed contingēs: q̄ ad nullū
creatū necessitatur deus. sed gratia est quoddam crea-
tum. igitur deus non necessitatur ab ipsa: ad hoc vt sal-
uet et acceptet homines ad vitam eternā. Et tunc vltra
si nō necessitatur ad saluandū hominē habentē gra-
tiam cum gratia: et nullum creatum deniq̄ addat vel
diminuat de potētia diuina: deus eque erit potens ad
saluandū sine gratia sicut cū gratia: et ita poterit ac-
ceptare hominē nō habentem gratiam ad vitam eter-
nam. ¶ Sed contra istam conclusionē instatur: tum
quia videretur superflū ponere gratiam in homine ex
quo eque bene potest saluari sine ipsa: tum etiā quia vi-
detur cōtradictio: q̄ aliquid sit charū sine charitate:


et gratia alicui sine gratia: quia non videtur esse effectus formalis sine causa formali. charum est effectus formalis charitatis: et gratia gratie. igitur impossibile est hominem esse charum et gratum sine charitate et gratia. **Ad hoc respondetur.** et ad primum dicitur: quod constat ex scriptura divina esse in nobis charitatem infusam per illud. **Pauli primo ad Corinthios. 13.** Nunc manet fides: spes: charitas etc. Nec charitas non est nisi charitas infusa: que appellatur gratia gratum faciens: que virtus penes diversos respectus: et est charitas et gratia. Nam pro quanto est virtus: qua diligimus deum: appellatur charitas: pro quanto ipsa gratificamur deo: et acceptamur ad vitam eternam: appellatur gratia: et ita pro respectu ad deum ut dilectus a nobis dicitur charitas: per alium respectum ad deum: ut acceptantem dicitur gratia. **Ex hoc concluditur intentus.** Nam quia manifestum est ex scriptura divina in nobis esse gratiam dictam: constat hoc esse ex preordinatione divina. et quicquid est ex ordinatione divina: debemus censere et firmiter tenere illud esse melius et congruentius: et ideo hoc tamque melius ordinavit sapientia dei: non quod absolute esset simpliciter necessarius: sed solum necessarius ex ordinatione divina. **Ex quo sequitur** quod si hoc est melius acquirere beatitudinem per gratiam ad quam habenda homo se disponit per bona opera: habere hanc gratiam non est superfluum. **Ad secundum** ubi concludit contradictionem esse: si homo acceptatur ad vitam eternam sine gratia. Respondetur quod gratia et charitas possunt accipi duobus modis. uno modo prout sunt qualitates: et sic important absolutum regulariter

diversus a voluntate humana: et isto modo sine isto absoluto: quod est gratia: potest deus acceptare voluntatem hominis et ipsum hominem: sed alio modo accipitur gratia pro ut tantum includit acceptationem passivam voluntatis humane: seu hominis per voluntatem: et tunc gratia nullum absolutum includit: sed precise respectum: et isto modo implicat contradictionem hominem acceptari a deo sine gratia: sicut si acceptaretur a deo sine acceptatione passiva: quod est impossibile: et tunc charum vel gratum sunt effectus formales gratie primo modo sumpti: non secundo modo. **Dec dicta sunt ad questionem.** **Ad argumenta in principio patet ex dictis.** nam qui non crediderit condemnabitur: ubi habeat docentem aliter non: et hoc si vivat secundum leges nature. **Dec dicta sunt:** salva semper sententia fidei catholice: et cuiuscunque melius et rectius sentientis: cuius determinationi me in omnibus: et pro omnia subyicio. sed hec sunt a me collecta quantum sentio de opinione doctoris subtilis.

Expliciunt subtilissime quoniam Antony Trumbete Urbinatis episcopi de efficiencia primi principii ad mentem Aristotelis: necnon de adulto non baptizato: quomodo. si salvari et iustificari possit secundum doctrinam doctoris subtilis: nuncupimus in lucem edite: accuratissimeque emendate. **Mandato et impensis.** Veredum nobilis viri domini Octaviani Scoti civis Modonetensis et sociorum impresse Venetys summa diligentia per Georgium Arriabenum. Anno reconciliatae natiuitatis. isij. die 20. decembris.



[illegible]



Ex Bibliotheca P. Lorenza.

9 7
18
27

9 5
7 2
2 1



OSREDNJA KNJARNICA SREČKA VILHARJA
BIBLIOTECA CENTRALE SREČKO VILHAR
KOPER - CAPODISTRIA



880002506

COBISS

